
VE RI
TAS

AESCHYLI

TRAGOEDIAE.

AD OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM

RECENSUIT,

INTEGRAM LECTIONIS VARIETATEM NOTASQUE

ADIECIT

AUGUSTUS WELLAUER.

VOL. II.

AGAMEMNONEM, CHOEPHOROS, EUMENIDAS ET PERSAS,

ITEMQUE INDICES CONTINENS.

LIPSIAE, 1824

SUMTIBUS FRID. CHR. GUIL. VOGELII.

PRAEFATIO.

Alterum hoc Aeschyli volumen in lucem edens, quum neque consilium, quod in priore parte secutus sum, mutaverim, neque nova accesserint editionis adjumenta, quae quidem singulari commemoratione digna sint, praefandi negotio supersedere facile possem, nisi hanc mihi non jucundam sane necessitatem imponeret vir doctus, qui prioris voluminis censuram egit in Ephemer. litter. Jen. 1824. pag. 217. seqq., Carolus Reisigius Thuringus, (ipse enim, quae est viri illustris ingenuitas, se illius censurae auctorem esse dissimulare noluit) qui quum nonnulla illic a me disputata magis minusve recte, sed paullo acerbius atque iniquius omnia, vituperaverit, de quibus in Appendice disserendi locus erit, tum in varia lectione a me collecta plura fere desiderari quam inveniri monet. Cujus criminis ut me coram lectoribus aut reum confitear, aut insontem coarguam, jure a me exigi potest. Sunt autem tria potissimum, quae

objurgat Reisigius, quorumque alia recte monet, in aliis non ea, quae vituperatorem decet, circumspectione utitur, neglectos enim a me dicit codices a Vauvilliersio collatos, neglectos eos, quorum lectiones publici juris fecit Faehsius, et ne Buttleri quidem atque Blomfieldii copias satis accurate adhibitas. Jam quod ad Francogalli libros attinet, id sane a me commissum esse pudet me atque poenitet, ut, quum a Blomfieldio varias lectiones ex iis laudari viderem, omnes ab eo laudari putaverim, tantumque indulserim pigritiae meae, ut librum a Blomfieldio adhibitum non mihi quoque ipsi inspiciendum esse statuerim. Id autem male a me factum esse, quum Blomfieldius eas quidem lectiones, quae alicujus momenti essent, sed non omnes attulisset, brevi post editum a me librum ab amicis commonefactus, statim omnes, quotquot omiseram, lectiones alteri volumini subjicere decrevi, id quod jam factum est. De Faehsiano autem libro alia res est, quo diligenter perlecto, quum intelligerem, nihil fere novi, quod quidem alicui usui esset, a Faehsio in medium prolatum esse, sed omnes Aeschyli codices, quos usurpavit, ab aliis jam ante collatos esse (id quod et Faehsium ex parte fugit, et Reisigium latuit), tantum me illius libri taedium cepit, quanto ab recocta crambe

abhorrere soleo. Sed jam taedium quoque hocce non minus quam pigritiam illam auctore Reisigio feliciter vici, et has quoque varias lectiones ad calcem libri enumeravi. Sed haec res postulat etiam, ut, quod jam in priore volumine facere debebam, codices Parisinos paullo accuratius describam, idque mox faciam, postquam, quod tertio loco mihi objecit Reisigius, purgavero. Ut enim ne iis quidem lectionibus, quas Brunckius et Buttlerus attulerunt, me satis diligenter usum esse demonstret, ex primis CCL Promethei versibus exempla quaedam omissarum a me lectionum congessit, quae, si aut omnia vera essent aut totidem in reliquis quoque a me neglectas esse inde sequeretur, turpissimae profecto incuriae me arguerent. Sed statim quod primum reprehendit, me v. 28. ἀπηύρω ex Regg. A. B. non laudasse, id nihili est faciendum; ἀπηύρω enim illo loco vulgata est lectio, quam quum in textu dederim, in nota autem monuerim, ἀπύρω in Ald. ἐπηύρω in Med. et cod. Steph. legi, quisque intelligit, ἀπηύρω non solum in Regg. A. B., sed etiam in reliquis libris omnibus praeter eos, ex quibus aliam lectionem attuli, legi, et si Regg. A. B. nominassem, eodem jure reliquos quoque codd. et edd. omnes enumerandos fuisse. Nam si id postulatur, ut ii quo-

que libri, quibus vulgata lectio nititur, enumerentur, ad singulum quodque Aeschyli vocabulum libri omnes et manu scripti et typis exarati enumerandi sunt. Illam contra rationem mihi tenendam esse putavi, ut, in qua lectione et codices et editiones omnes consentiunt, de ea nihil monerem, sicubi autem diversitas aliqua esset lectionis, eorum tantum librorum lectionem afferrem, qui a vulgata recedunt, ex quo sperabam fore ut facile quisque intelligeret, reliquos libros omnes, de quibus nihil monuissem, in vulgata consentire; eandemque rationem et ab omnibus omnium scriptorum editoribus observatam vidi, neque Reisigium ipsum aliter facturum fuisse mihi persuasum est. Eodem redit, quod miratur, me, quum ad primos Promethei versus codicis Reg. O. lectiones enotaverim, non ipsas codicis lectiones, sed varias lectiones ad marginem libri notatas attulisse, quod recte feci, illae enim non differunt a vulgata, neque Faehsius ipse eas attulisset, nisi propter variam lectionem adscribere debuisset. Ejusdem generis complura sunt, quae singula recensere nolo, quum jam longior fuerim quam operae pretium est. Mox ad v. 54. glossam in margine Colb. 2. scriptam a me omitti queritur, sed non meum erat colligere scholia, nisi si

in qua forte glossa verae lectionis vestigium latet. Reliquae sunt variae lectiones nonnullae aut suprascriptae in codicibus aut ad marginem eorum notatae, quarum non diffiteor nonnullas me, in primis maxime paginis, consulto omisisse, alias forsitan me fugisse, sed neque magni illae momenti sunt, neque in sequentibus quidquam ejus generis, quod quidem sciam, a me omissum est.

Sed hactenus de Reisigio. Venio ad codices Parisinos, de quibus nonnulla me moniturum esse pollicitus sum. Sunt antem omnino decem Aeschyli codices ex bibliotheca Regia collati a viris quatuor, Askevio, Brunckio, Vauvilliersio, Faehsio; quorum primus quatuor libris usus est, qui Buttlero et Schützio audiunt Ask. A. B. C. D., a Blomfieldio et me vocantur Regg. G. H. K. L. Priores duo uno continentur volumine, quod tum temporis numero 3320. insignitum fuit; tertius tunc fuit No. 3330., hique tres Prometheum, Septem contra Thebas et Persas continent; in quarto, tunc temporis No. 3521., tribus illis tragoediis accedunt Eumenides et Supplices. Hoc usus videtur Robortellus, cujus editionem Triclinii recensionem exhibere non dixerim cum Hermanno in *Classical Journal* XXXVIII.

p. 286. De Victoriana idem majore jure dici possit, quae cum cod. Farnesiano semper fere consentit.

Brunckius duobus usus est codicibus, No. 2884. et 2787., quos Regg. A. B. nuncupavimus, quorumque uterque Prometheum, Septem contra Thebas, et Persas continet.

Vauvilliersius quinque codices contulit, quorum priores quatuor descripsit in *Notices et Extraits des Manuscrits de la Bibliothèque du Roi* vol. I. Illorum primus, Reg. C., No. 2789. (p. 281 — 299.) Prometheum continet, Septem contra Thebas et Persas. Hoc codice usus videtur Turnebus, pleraeque enim variae lectiones, quas ad libri calcem commemorat, cum hujus codicis lectionibus consentiunt. Alter, Reg. D. No. 2790. (p. 300 — 306.) Prometheum continet; in tertio, Reg. E. 2782. (p. 307 — 317.) Prometheus et Septem contra Thebas leguntur, in quarto, Reg. F. No. 2788. (p. 318 — 323.) Prometheus, Septem contra Thebas et Persae. Horum descriptionem inde a p. 324. alius libri No. 2791. descriptio sequitur, qui illis non est adnumerandus. Est enim Isaaci Casauboni manu scriptus et continet Agamemnonem cum Casauboni notis et observationibus. Sed in earundem Notitiarum vol. IV. p. 89 — 106. quintus describitur co-

dex Reg. N. No. 2783., qui Prometheum, Septem contra Thebas et Persas continet.

Faehsius denique tres Aeschyli codices contulit, quorum primus No. 2787. idem est, quem a Brunckio collatum Reg. B. vocavimus; nec id ignoravisse videtur Faehsius, qui in Sylloge p. 68 — 77. nihil fere ex eo nisi varias lectiones ad marginem libri adscriptas attulit. Quas quum omiserit Brunck., Faehsianam libri collationem Reg. O. vocavimus. Praeterea Faehsius usurpavit cod. No. 2782., quem eundem esse cum Vauvilliersii Reg. E. et numerus ostendit, et ex eo perspicitur, quod variae lectiones, quas ad Prometheum ex eo attulit Faehsius, vel in minutissimis librarii erroribus cum Vauvilliersii collatione consentiunt. Dissentiunt quidem in paucis quibusdam, sed ea ejusmodi sunt, ut alteruter facile potuerit errare. Haec non minus quam ea, quae a Vauvilliersio omissa notavit Faehsius, in Auctario variae lectionis congessi. Sed illud scrupulum videtur injicere, quod Vauvilliers. suo libro Prometheum et Septem contra Thebas, Faehsius Prometheum, Eumenidas et Supplices contineri dicit. Sed in hac re errorem a Faehsio commissum esse perspicuum est. Quas enim, ut ex hoc codice, ad Eumenidas et Supplices varias lectiones enotavit Faehsius,

eae ad amussim respondent iis, quas ex Reg. L. depromsit Askevius; quid quod Suppl. v. 740., qui versus in solo Reg. L. legitur, eadem verba ex hoc libro affert Faehsius. Jam quum Faehsius hunc ipsum codicem Reg. L. revera usurpaverit, quod mox demonstrabitur, certissimum videtur, errasse Faehsium, quum varias lectiones in Eum. et Suppl., quas ex No. 2886. hauserat, ex No. 2782. haustas esse testaretur. Tertius enim, quo Faehsius usus est, codex insignitus est numero 2886., eoque Septem adversus Thebas et Persas contineri dicit. Hic vero in omnibus fere, vel in apertis scribae erroribus, Regio L. respondet, ideoque huc pertinere lectiones varias iu Eum. et Suppl. a Faehsio collatas censeo. Faehsii collationem, quum nonnulla exhibeat, ab Askevio omissa, Reg. P. vocavi.

Postremo his adnumerandi sunt codices duo, quos olim in bibliotheca Colbertina sub num. 4016. et 6448. asservatos usurpavit Askevius. Iidem quum postea in bibliothecam Regiam translati essent, iterum aliis nominibus ab aliis collati sunt. Et Buttlerus quidem Colb. 1. eundem esse cum Brunckii Reg. B., Colb. 2. cum Reg. A. judicat. Blomfieldius autem ab Elmslejo de ea re certior factus, Colb. 1. et Reg. N., Colb. 2. et Reg. B. sibi

respondere testatur. De hac re, quum A. et B. ipsi inter se admodum similes sint, judicium ferre non potest, nisi qui ipse libros illos oculis suis usurpavit; id quidem certum videtur, Regium N. potius apographum Colbertini 1., quam eundem codicem esse, quum in Reg. N. lacuna sit in Prom. v. 898 — 934., quae in Colb. 1. non comparet.

His subjicienda sunt nonnulla de iis codicibus, quorum lectiones in hoc altero volumine accesserunt. Et primum quidem Farnesiani codicis non iis tantum lectionibus usus sum, quas Elmslejus ex eo excerpsit in Museo critico, sed ad integram Agamemnonem, eas suppeditavit Blomfield., ad Eumenidas Burgess. Praeterea ad Agamemnonem Blomfield. collationem habuit codicis, qui in bibliotheca Florentina Plut. XXXI. 8. asservatur, quemque cum eo Flor. vocavi, et codicis Veneti, a Morellio confectam. Ad Persas idem Lambethanum codicem contulit, ex quo tamen paucas tantum lectiones excerpsit. Praeterea addidi codicis Taurinensis No. 253. lectiones in Septem c. Thebas, ex Peyronii *Notitia librorum qui donante Calusio illati sunt in Regii Taurinensis Athenaei bibliothecam* p. 60. s. (observandum est, hunc Taurinensem codicem semper fere cum Guelpherbytano consentire),

et lectiones in Promethei initium ad ed. Robort. a Victorio adscriptas, ex duobus codd. desumtas, siquidem codices sunt, quos litteris m. et s. significavit, ex Thiersch. *Act. Philol. Monac.* I, 3. pag. 319. sq. (plurimas harum lectionum Stephanus jam commemoravit, quas omisi), nec non lectiones quasdam codicis Gudiani, quas, in priore editione adnotatas, in novissima omisit Schützius, quo factum est, ut me fugerint. Postremo in *Classical Journal* No. XXXIV. p. 340. sqq. lectiones quaedam in Prometheum communicantur, a Robortello collectae, quas omisi, quum neque novi quidquam contineant, neque certum sit, quae ex codd. sint petitae, quaeque ab emendatore profectae.

Restat, ut lectores moneam, me Lexico Aeschyleo conficiendo operam navare, quod forsitan aliquando in lucem prodire jubebo, si, quod spero, non ingratum hunc laborem harum rerum aestimatoribus esse intellexero.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

---

et lectiones in Promethei initium ad ed. Robort. a Victorio, adscriptas, ex duobus codd. desumtas, siquidem codices sunt, quos litteris m. et s. significavit, ex Thiersch. *Act. Philol. Monac.* I, 3. pag. 319. sq. (plurimas harum lectionum Stephanus jam commemoravit, quas omisi), nec non lectiones quasdam codicis Gudiani, quas, in priore editione adnotatas, in novissima omisit Schützius, quo factum est, ut me fugerint. Postremo in *Classical Journal* No. XXXIV. p. 340. sqq. lectiones quaedam in Prometheum communicantur, a Robortello collectae, quas omisi, quum neque novi quidquam contineant, neque certum sit, quae ex codd. sint petitae, quaeque ab emendatore profectae.

Restat, ut lectores moneam, me Lexico Aeschyleo conficiendo operam navare, quod forsitan aliquando in lucem prodire jubebo, si, quod spero, non ingratum hunc laborem harum rerum aestimatoribus esse intellexero.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ
ΤΗΣ ΤΟΥ
ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΤΡΑΓΩΔΙΑΣ
Η ΕΠΙΓΡΑΦΕΤΑΙ
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἀγαμέμνων εἰς Ἴλιον ἀπιὼν, τῇ Κλυταιμνήστρᾳ, εἰ πορθήσοι [1] τὸ Ἴλιον, ὑπέσχετο [2] τῆς αὐτῆς ἡμέρας σημαίνειν διὰ πυρσοῦ. ὅθεν σκοπὸν ἐκάθισεν ἐπὶ μισθῷ Κλυταιμνήστρα, ἵνα τηροίη τὸν πυρσόν. καὶ ὁ μὲν ἰδὼν ἀπήγγειλεν· αὐτὴ δὲ τὸν [3] τῶν πρεσβυτῶν ὄχλον μεταπέμπεται, περὶ τοῦ πυρσοῦ ἐροῦσα· ἐξ ὧν καὶ ὁ χορὸς συνίσταται· οἵτινες ἀκούσαντες παιανίζουσι. [4] μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Ταλθύβιος παραγίνεται, καὶ τὰ κατὰ τὸν πλοῦν διηγεῖται. Ἀγαμέμνων δ' ἐπὶ ἀπήνης ἔρχεται· εἵπετο δ' αὐτῷ ἑτέρα ἀπήνη, ἔνθα ἦν τὰ λάφυρα καὶ ἡ Κασάνδρα. αὐτὸς μὲν οὖν προεισέρχεται εἰς τὸν οἶκον σὺν τῇ Κλυταιμνήστρᾳ. Κασάνδρα δὲ προμαντεύεται, πρὶν εἰς τὰ βασίλεια εἰσελθεῖν, τὸν ἑαυτῆς καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος θάνατον, καὶ τὴν ἐξ Ὀρέστου μητροκτονίαν, καὶ εἰσπηδᾷ ὡς θανουμένη, ῥίψασα τὰ στέμματα. τοῦτο δὲ τὸ μέρος τοῦ δράματος θαυμάζεται, [5] ὡς ἔκπληξιν ἔχον καὶ οἶκτον ἱκανόν. [6] ἰδίως δὲ Αἰσχύλος τὸν

1. πορτήσοι Ald. Turn. πορθήσει Vict. et recentiores. πορθήσοι Blomf.
2. ὑπέσχετο omittunt Ald. Rob. Turn., ἔφη post σημαίνειν inserentes.
3. τὸν omittunt Ald. Rob. Turn.
4. παιανιάζουσι Ald. Rob.
5. θαυμαστόν ἐστι Flor.
6. Sic Ald. Rob. Turn. In Vict. et recentioribus male legitur ὡς καὶ ἔκπληξιν καὶ οἶκτον ἱκανὸν ἐμποιεῖν.

Ἀγαμέμνονα ἐπὶ σκηνῆς [7]· ἀναιρεῖσθαι ποιεῖ· τὸν δὲ Κασάνδρας σιωπήσας θάνατον, νεκρὰν αὐτὴν ὑπέδειξε. [8]· πεποίηκέ τε Αἴγισθον καὶ Κλυταιμνήστραν, ἑκάτερον διϊσχυριζόμενον περὶ τῆς ἀναιρέσεως, ἑνὶ κεφαλαίῳ· τὴν μὲν, τῇ ἀναιρέσει Ἰφιγενείας· τὸν δὲ, ταῖς τοῦ πατρὸς Θυέστου [9]· ἐξ Ἀτρέως συμφοραῖς.

Ἐδιδάχθη το δρᾶμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους, Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκόστῃ, [10]· ἔτει δευτέρῳ. πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ σατυρικῷ. [11]· ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς.

---

7. ὑπὸ σκηνῆς recte conj. Stanl., nam quod putat Blomf., Agamemnonem ita a Clytaemnestra caesum esse, ut a Choro quidem non potuerit videri, sed a spectatoribus, non credibile est.

8. ἀπέδειξε Flor.

9. Ὀρέστου Ald. Rob. Αἰγίστου Flor.

10. εἰκοστῇ ὀγδόῃ vulg., quod recte correxit Meurs. in Aeschylo p. 2.

11. πρῶτος σατυρικῷ Flor.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΦΥΛΑΞ.

Θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων,
Φρουρᾶς ἐτείας μῆκος, ἣν κοιμώμενος
Στέγαις Ἀτρειδῶν ἄγκαθεν, κυνὸς δίκην,
Ἄστρων κάτοιδα νυκτέρων ὁμήγυριν,
Καὶ τοὺς φέροντας χεῖμα καὶ θέρος βροτοῖς
Λαμπροὺς δυνάστας, ἐμπρέποντας αἰθέρι·
Ἀστέρας, ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν·

---

2. *μῆκος δ' ἦν* Med. Guelph. Rob. *μῆκος δ' ἤν* Ald. *μῆκος δ' ἦν* var. lect. ap. Schol. *μῆκος ἦν* Turn. Sed illud *δ'* patet ab iis profectum esse, qui quum veram lectionem non intelligerent, ita legendum putabant: *φρουρᾶς ἐτείας μῆκος δ' ἦν κοιμώμενος*, quod maxime comprobat ed. Turn., in qua primi et tertii versus fine puncto distinguitur. Sed neque recentiores hunc locum melius intellexerunt; quum enim Stanl. et Valck. ad Herod. IV, 150. *μῆχος* conjecissent, hoc certatim receperunt Glasg. Schütz. Both. Blomf., male. Nam *μῆχος* otiosa prorsus et inutilis foret vocabuli *ἀπαλλαγή* epexegesis, quod nulla explicatione eget, *μῆκος* contra defesso et impatientur exspectanti aptissimum est. Recte igitur vulgata defensores nacto est Pauwium, Voss. cur. Aeschyl. p. 13. et Orell. in *Philolog. Beyträge aus der Schweiz* p. 193. Male autem Pauw. cum Schol. eam ita explicat: *τῶν κατὰ τὸ μῆκος τῆς ἐτείας φρουρᾶς*, hoc enim graece non ita dici poterat. Sensus est aut: *liberationem ab his laboribus vigiliae annuae*, quod voluit Voss., aut: *ab his laboribus, a vigilia sc., quae longitudine annua est*, quod ipse in Comment. Aesch. p. 3. proposui.

3. *ἔγκαθεν* Guelph. Ald.

4. *νεκτέρων* Guelph. Ald. Rob.

5. *βροτοῖς θέρος* Ven. Flor. Farn. *θέρος βροτοὺς* Guelph.

7. Hunc versum spurium judicavit Valck. ad Eur. Phoen. 506., quem secuti Glasg. Schütz. et Blomf. eum uncis incluserunt, Both. omisit. Sed neque tautologiam vel repetitionem otiosam in eo video ullam, neo quidquam probat Achilles Tatius Isagog. in Arati Phaen. p. 81., qui tres versus antecedentes laudans, hunc non addidit; neque in *τῶν* recte offendit Blomf.

Καὶ νῦν φυλάσσω λαμπάδος τὸ σύμβολον,
Αὐγὴν πυρὸς φέρουσαν ἐκ Τροίας φάτιν,
Ἁλώσιμόν τε βάξιν· ὧδε γὰρ κρατεῖ
Γυναικὸς ἀνδρόβουλον ἐλπίζον κέαρ.
Εὖτ' ἂν δὲ νυκτίπλαγκτον ἔνδροσόν τ' ἔχω
Εὐνὴν ὀνείροις οὐκ ἐπισκοπουμένην
Ἐμήν, φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου παραστατεῖ,
Τὸ μὴ βεβαίως βλέφαρα συμβαλεῖν ὕπνῳ·
Ὅταν δ' ἀείδειν ἢ μινύρεσθαι δοκῶ,
Ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος,

(cf. Seidl. ad Eur. Iph. Taur. 764). Summo igitur jure eum tuentur Herm. de verss. spur. ap. Aeschyl. p. IV., Voss. cur. Aesch. p. 14. Humboldt. in versione et Orell. l. c. — ὅτ' ἂν Guelph. Ald. Rob.

10. ἁλώσιμον βάξιν, ut Sept. Th. 617. ἁλώσιμον παιᾶνα. — κρατεῖν γ. ἀ. ἐλπίζω Ald. Turn. Vict. Glasg., Schütz., quod explicant: *sic enim spero fore, ut mulieris viriliter ferocientem animum vincam*, male, non enim suo consilio hoc instituit custos, sed a Clytaemnestra jussus facit; neque cum sequentibus hoc cohaeret. κρατεῖν-ἐλπίζει emendavit Heath. κρατεῖν – ἐλπίζων Both. Sed κρατεῖ — ἐλπίζων Guelph. κρατεῖ — ἐλπίζον Ven. Flor. Farn. Rob. et var. lect. ap. Steph., quod recte tuentur Abresch. Humboldt. Blomf. Orell. Sensus est: *sic enim jubet mulieris animus viriliter ferociens et sperans.* Ad κρατεῖν jubendi significatione adhibitum in Comment. Aesch. p. 5. contuli Eur. Hecub. 282. οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν, ἃ μὴ χρεών.

12. εὖτ' ἄν γε var. lect. in Flor. κοίτην δὲ conjecit Bentl. ταύτην δὲ mavult Blomf., qui obelum apposuit, constructionem imperfectam esse ratus. Sed protasis, quae ab εὖτ' ἂν incipit, interposita parenthesi continuatur v. 16. vocabulo ὅταν, et apodosis sequitur v. 18. Quare Blomf. male post ὕπνῳ fortius interpunxit.

13. ἐπισκοτουμένην inutilis est Stanleji et Casauboni emendatio.

14. ἐμοὶ conjecerunt Stanl. et Bentl. virgula post ἐπισκοπουμένην posita, idque probavit Schütz. et recepit Blomf., sed causam non video. — In ὕπνος saepius repetito offenderunt Schütz. et Both., sed hoc ex more Aeschyli esse, jam saepius monitum est.

16. ὅτ' ἂν Guelph. Ald. Rob. — De δὲ post parenthesin repetito v. Herm. ad Soph. El. 776. — Sensus est: *quum canendum mihi esse puto*, quod non intellexerunt editores; hanc enim δοκῶ interdum habet praecepti et voluntatis significationem, ut infra v. 1634. δοκεῖς τάδ' ἔρδειν. Soph. Antig. 1089. καὶ ταῦτ' ἐπαινεῖς καὶ δοκεῖς παρεικάθειν; Eur. Med. 1275. ἀρῆξαι φόνον δοκεῖ μοι τέκνοις. Xenoph. Anab. I, 7, 4. αἰσχύνεσθαί μοι δοκῶ. Similiter νομίζω Xenoph. Oecon. XVII, 9. 11.

17. ὕπνον Ald. — ἐκτέμνων

Κλαίω τότ' οἴκου τοῦδε συμφορὰν στένων,
Οὐχ ὡς τὰ πρόσθ' ἄριστα διαπονουμένου.
Νῦν δ' εὐτυχὴς γένοιτ' ἀπαλλαγὴ πόνων
Εὐαγγέλου φανέντος ὀρφναίου πυρός.
Ὦ χαῖρε λαμπτὴρ νυκτὸς, ἡμερήσιον
Φάος πιφαύσκων, καὶ χορῶν κατάστασιν
Πολλῶν ἐν Ἄργει, τῆσδε συμφορᾶς χάριν.
Ἰοὺ ἰού.
Ἀγαμέμνονος γυναικὶ σημαίνω τορῶς,
Εὐνῆς ἐπαντείλασαν ὡς τάχος, δόμοις
Ὀλολυγμὸν εὐφημοῦντα τῇδε λαμπάδι
Ἐπορθιάζειν, εἴπερ Ἰλίου πόλις
Ἑάλωκεν, ὡς ὁ φρυκτὸς ἀγγέλλων πρέπει·
Αὐτός τ' ἔγωγε φροίμιον χορεύσομαι.
Τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι,

Ven. Flor. — De significatione vocabuli *ἀντίμολπον* v. Reisig. comment. crit. ad Soph. Oed. Col. 709.

22. In Ald. et Turn. post *λαμπτήρ* interpungitur, virgula post *νυκτός* sublata, quam interpunctionem defendi posse, monstravi in Comment. Aesch. p. 16. Confirmare eam videtur Schol., qui explicat: *ἐκ νυκτὸς ἡμέραν ἡμῖν νιδοὺς*· Pers. 301. *λευκὸν ἦμαρ νυκτὸς ἐκ μελαγχίμου*. Agamemn. 508. *φῶς ἐν εὐφρόνῃ φέρων*.

23. *νῦν φῶς* Ven. Flor. Farn. — *χωρῶν* Guelph. Ald.

25. Exclamationem ante v. 22. transponi jubet Herm. ad versionem Humboldt., improbante Blomf., neque ego, quamvis speciosa est illa ratio, a libris discedere ausus sum, quum neque hoc loco inepta sit exclamatio, reputante custode, quanto gaudio Clytaemnestram hic nuntius affecturus sit. Fortasse arctius etiam cum versu sequente jungenda est, ut hac ipsa exclamatione expergefacere Clytaemnestram velit, ad quod deinde *σημαίνω* refertur. — Hujus loci oblitus esse videtur Reisig. ad Soph. Oed. Col. 1485., quum hanc exclamationem laetitiae nuntiam comoediae propriam esse, non tragoediae, diceret. Rectius idem observavit, non *ἰού, ἰού* scribendum esse, ut nostro loco recentiores omnes dederunt, sed *ἰοὺ ἰού*, quod ipse Aristoph. Nub. 1. dedit, et nostro loco edd. antiquae exhibent.

26. *Ἀγαμέμνος* Ald. — *σημανῶ* vulg., sed *σημαίνω* Med. Guelph. Ald. Rob. Turn., quod recte revocavit Both. et Blomf.

27. *εὐνὴν* Guelph. Ald.

28. *ὀλογυμὸν εὐφρημοῦντα* Ald.

29. *ἐπορθριάζειν* Guelph. Ald. *ἐπ' ὀρθριάζειν* Rob.

30. *ἀγγέλων* Ph. Flor. Ald.

32. *Collapsam dominorum fortunam restituam* Schütz. *εὖ θή-*

Τρὶς ἓξ βαλούσης τῆςδέ μοι φρυκτωρίας.
Γένοιτο δ᾽ οὖν μολόντος εὐφιλῆ χέρα
Ἄνακτος οἴκων τῇδε βαστάσαι χερί.
Τὰ δ᾽ ἄλλα σιγῶ, βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας
Βέβηκεν· οἶκος δ᾽ αὐτός, εἰ φθογγὴν λάβοι,
Σαφέστατ᾽ ἂν λέξειεν. ὡς ἑκὼν ἐγὼ
Μαθοῦσιν αὐδῶ, κοὐ μαθοῦσι λήθομαι.

ΧΟΡΟΣ.

Δέκατον μὲν ἔτος τόδ᾽ ἐπεὶ Πριάμου
Μέγας ἀντίδικος,
Μενέλαος ἄναξ ἠδ᾽ Ἀγαμέμνων,
Διθρόνου Διόθεν καὶ δισκήπτρου
Τιμῆς, ὀχυρὸν ζεῦγος Ἀτρειδῶν,
Στόλον Ἀργείων χιλιοναύταν
Τῆςδ᾽ ἀπὸ χώρας
Ἦραν, στρατιῶτιν ἀρωγάν,

σομαι jungens; male, repugnat enim ordo verborum; *εὖ πεσόντα* jungendum est, quod bene explicat Voss., cur. Aeschyl. p. 15. — *εὖ πεσὸν παθήσομαι* Suid. s. v. *τρὶς ἕξ.*

33. *βαλοῦσα* Suid. l. l. — *τῆς δέ μοι φρυκτορίας* Ald. — *τῆς ἐμῆς φρυκτωρίας* Phot. et Suid. l. c.

34. De particulis *δ᾽ οὖν* vid. Reisig. ad Soph. Oed. Col. p. CLXXV.

37. De *βέβηκεν* praesentis significatione v. Erfurdt. ad Soph. Trach. 40. — *φθόγγον* Schütz. nihil monens et sine libris; cf. Eur. Hippol. 418. *τέρεμνά τ᾽ οἴκων μήποτε φθογγὴν ἀφῇ.* De voce domibus et parietibus tributa praeter ea, quae Abresch. e graecis scriptoribus congessit, cf. Spalding de or. Marcell. in Mus. antiq. stud. I, p. 29. sqq.

38. *λέξει᾽. ὡς* Flor.

39. *καὶ οὐ* Guelph. Ald.

40. *ἐπὶ* Ald. Turn. Farn. *ἐπεὶ* est *ex quo* v. Seidl. ad Eur. Iph. T. 247. — *Πριάμῳ* Guelph. Ald. Rob. Turn., quod ut elegantius fere praeferendum duco.

44. *Ἀτρειδᾶν* Guelph. Farn. Rob. Vict. Glasg. Schütz. *Ἀτρειδῶν* Ald. Turn., quod recepit Blomf., quia Dorismos omnino ex anapaestis ejiciendos putavit, ego autem, quia in formis ad dialecti diversitatem pertinentibus Aldinum exemplar fere secutus sum.

45. *Ἀρδείων* Rob. — *Ἴλιον αὐτὰν* var. lect. in Flor. et apud Schol. *χιλιοναύτην* Blomf. *σὺν κώπᾳ χιλιοναύτᾳ*, quod legitur Iph. Taur. 139., hinc forsitan sumsit Euripides.

47. *στρατιώτην* Ald. Rob. — *ἀρωγήν* Blomf.

Μέγαν ἐκ θυμοῦ κλάζοντες Ἄρη,
Τρόπον αἰγυπιῶν, οἵτ᾽, ἐκπατίοις
Ἄλγεσι παίδων, ὕπατοι λεχέων
Στροφοδινοῦνται,
Πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι,
Δεμνιοτήρη
Πόνον ὀρταλίχων ὀλέσαντες·
Ὕπατος δ᾽ ἀΐων ἤ τις Ἀπόλλων,
Ἢ Πὰν, ἢ Ζεὺς, οἰωνόθροον
Γόον ὀξυβόαν
Τῶνδε μετοίκων, ὑστερόποινον
Πέμπει παραβᾶσιν Ἐριννύν.
Οὕτω δ᾽ Ἀτρέως παῖδας ὁ κρείσσων
Ἐπ᾽ Ἀλεξάνδρῳ πέμπει ξένιος
Ζεὺς, πολυάνορος ἀμφὶ γυναικὸς,
Πολλὰ παλαίσματα καὶ γυιοβαρῆ,
Γόνατος κονίαισιν ἐρειδομένου,
Διακναιομένης τ᾽ ἐν προτελείοις
Κάμακος, θήσων Δαναοῖσιν

---

48. *κλάγξαντες* Flor. Farn. vari lect. ap. Steph.

49. *ἐκ πάγλοις* suspicatur Blomf. male, nam nisi *ἐκπατίοις* additur, quam ob causam dolorem conceperint non intelligitur.

50. *ἄλγεπι ποδῶν* Ald. *ἄλγεσσι ποδῶν* Turn. *ἄλγεσσι παίδων* Vict. Stanl., rell. recte *ἄλγεσι παίδων*, nam *ἄλγεσσι* ex corrupto *ποδῶν* metri causa natum est. — *ὕπαλτοι* Ald.

52. *ἐρεστόμενοι* Ald.

53. *δεμνιοτῆρι* Ald.

54. *γόνον* conjecit Musgr., non improbante Blomf., sed hoc multo minus poeticum foret.

55. *δαΐων* Ald. — *τις Ἀπόλλων*, ut v. 1206. *Σκύλλαν τινά.*

58. Vulgo post *μετοίκων* virgula interpungitur, quam sensu postulante et auctore Pauwio Schütz. Both. Blomf. recte post *ὀξυβόαν* transposuerunt. *μέτοικοι* sunt pulli, qui nidis expulsi alias sedes habent, v. Reisig. ad Soph. Oed. Col. p. CXXV.

59. *παρὰ βᾶσιν* Ald. — *Ἐρινύν* Ald. Blomf., ut semper.

60. *Ἄτρεος* Turn.

63. *τοι* pro *καὶ* Both. ignorans graecismum notissimum, de quo ad Sept. Theb. 321. sermo fuit. — *γαιοβαρῆ* Turn.

64. *ἐρειπομένου* Farn. cum glossa *πίπτοντος*; idem, sed suprascr. vulg. Flor.

65. *πρωτελείοις.* Flor.

66. *Δαναοῖσιν* Guelph. Ald. Rob., quod pro vulg. *Δαναοῖσι* recepi. De sententia paroemiaco non finita v. Herm. El. metr. p 379. ad Eur. Hecub. 69.

Τρωσί θ' ὁμοίως. ἔστι δ' ὅπη νῦν
Ἔστι· τελεῖται δ' ἐς τό πεπρωμένον·
Οὔθ' ὑποκλαίων, οὔθ' ὑπολείβων,
Οὔτε δακρύων, ἀπύρων ἱερῶν
Ὀργὰς ἀτενεῖς παραθέλξει.
Ἡμεῖς δ' ἀτίτᾳ σαρκὶ παλαιᾷ,
Τῆς τότ' ἀρωγῆς ὑπολειφθέντες
Μίμνομεν, ἰσχὺν
Ἰσόπαιδα νέμοντες ἐπὶ σκήπτροις.
Ὅ τε γὰρ νεαρὸς μυελὸς στέρνων
Ἐντὸς ἀνᾴσσων

---

67. *ἐπὶ δ' ὅπη νῦν. ἐπὶ πτελεῖται δ' ἐστὸ πεπρωμένον* Ald. De dictione *ἔστιν ὅπη ἔστι* v. Herm. ad Vig. p. 709. Schaef. ad Soph. Oed. Col. 273. Abresch. ad h. l. et Blomf. in glossario.

69. *ὑποκλέων* Guelph. *ὑποκλίων* Ald. *ὑποκλείων* Turn., quod recepit Schütz. *ὑποκαίων* conjecit Casaub. *ὑποκλάζων* Pw. *ἐπικλείων* Both. Sed vulgata, quae cum *δακρύων* bene jungi potest, cur non toleranda sit non video. — *ἐπιλείβων* Schütz. tacite et sine causa.

70. *δακεύων* Ald. *δοκεύων* Turn. — In vocabulis *ἀπύρων ἱερῶν* explicandis sudarunt interpretes, et seducti ab scholiasta, qui de sacrificiis Furiis sine igne offerri solitis (quod ne verum quidem esse in glossario demonstravit Blomf.) sermonem esse dicit, *ὀργὰς ἀπύρων ἱερῶν* putaverunt significare *iram Dearum, quibus sine igne immolatur.* Sed nihil aliud est nisi *ira ob desideratam sacrificiorum flammam*, quem sensum etiam Humboldt. in versione recte expressit. Hoc igitur Chorus dicere vult, qui semel Deos laeserit, eum nunquam iram eorum effugere posse, ideoque se, quamquam qui nunc sit rerum Trojanarum status nesciat, illud tamen certum habere, Trojam aliquando deletum iri.

72. *ἀτίτᾳ* Rob. Vict. Stanl. Glasg. Blomf. sine sensu, sed *ἀτιταῖ* Guelph. *ἀτιταὶ* Farn. *ἀτίται* Flor. Ald. Turn., quod recepit Schütz., sed male explicavit *illaesi.* Significat *inhonorati*, ut Eumen. 257. *ὁ ματροφόνος ἀτίτας* et jungendum est cum genitivis *τῆς τότ' ἀρωγῆς*, qui consulto medii sunt positi inter *ἀτίται* et *ὑπολειφθέντες.*

73. *ἀρογῆς* Ald.

75. *ἰσόπεδα* Rob. Flor.

76. *ὅτε* libri omnes, quod correxit Stanlejus.

77. *ἀνάσσων* vulg. *ἀνᾴσσων* Schütz. ex emendatione Hermanni ad Aristoph. Nub. 994., repetita ad versionem Humboldtianam, quae ut facilis est, ita unice vera videtur, infantium enim medulla nondum *ἀνάσσει*, sed *ἀνᾴσσει.* — *ἀναΐσσων* Blomf.

Ἰσόπρεσβυς, Ἄρης δ' οὐκ ἔνι χώρᾳ,
Τό θ' ὑπέργηρων φυλλάδος ἤδη
Κατακαρφομένης, τρίποδας μὲν ὁδοὺς
Στείχει, παιδὸς δ' οὐδὲν ἀρείων,
Ὄναρ ἡμερόφαντον ἀλαίνει.
Σὺ δέ, Τυνδάρεω
Θύγατερ, βασίλεια Κλυταιμνήστρα,
Τί χρέος; τί νέον; τί δ' ἐπαισθομένη,
Τίνος ἀγγελίας
Πειθοῖ περίπεμπτα θυοσκινεῖς;
Πάντων δὲ θεῶν τῶν ἀστυνόμων,
Ὑπάτων, χθονίων,
Τῶν τ' οὐρανίων, τῶν τ' ἀγοραίων,

---

78. *ἔνι γ' ὥρᾳ* ex Heynii emendatione Herm. l. c. non improbante Schützio. Sed vulgata significat: *suo loco non inest*, et recte Blomf. conferri jubet Ernest. ad Callim. H. Del. 192. et Valck. ad Theocr. Adon. p. 365. A.

79. *τίθιπεργγήρως* Med. *τιθίπεργήρως* Guelph. *τίθι περ γήρως* Ald. *τίθιπερ γήρος* Rob. *τόθη περ γήρως* Turn. *τόθιπερ γήρως* Flor. *τόθ' ὑπεργήρων* Farn. *τόθ' ὑπέργηρων* Vict. *τό θ' ὑπέργηρων* Stanlej. et rell. Sed mirum tamen, omnes fere libros meliores in terminatione *ως* consentire, quare, nisi omnes etiam *τι* vel *το* haberent, suspicarer *ὅ θ' ὑπέργηρως*, quod sequente *ἀρείων* confirmari videtur. — *φυλάδος* Ald.

80. *τρίποδος* Flor. Farn. — Ad hanc dictionem cf. Seidl. ad Eur. Troad. 288.

81. *ἀρειστων* Aldin. *ἄρειον* Schütz., qui *ἀρήϊον* metri caussa suspicatur, quod recepit Both. Sed quamquam neutrum *ὑπέργηρων* praecessit, tamen *ἀρείων* ex constructione *πρὸς τὸ σημαινόμενον* recte stare posse, jam Blomf. vidit; construendum est enim cum nominativo *γέρων*, qui ex praecedentibus cogitatione repetendus est.

82. *ἡμερόφατον* Med. Guelph. Ald. Rob.

85. Interrogationis signa post *χρέος* et *νέον* tolli vult Wunderl. obss. critt. Add. ad pag. 144., male.

87. *πυθοῖ* Flor. unde *πευθοῖ* suspicatur Blomf., quod vulgatae tamen recte non praefert. — *θυοσκεῖς* Turn., quod Bentlej. probavit et Blomf. recepit, sine causa. *θυοσκοεῖς* var. lect. in Farn. cum schol. *ὡς ἀπὸ τοῦ θυοσκόος, ὁ διὰ θυσιῶν τὸ μέλλον κοῶν ἤτοι νοῶν. θύος γὰρ τὸ θῦμα.*

90. Hunc versum spurium et praecedentis glossema putant Pauw. et Heath., quos secuti Glasg. et Schütz. eum uncis incluserunt, Both. omisit. Sed versum minime abundare, neque eadem continere, quae versu praecedente dicta sunt, intellexerunt Herm. de vers. spur. p. IX, Humboldt. in versione,

Βωμοὶ δώροισι φλέγονται·
Ἄλλη δ᾽ ἄλλοθεν οὐρανομήκης
Λαμπὰς ἀνίσχει,
Φαρμασσομένη χρίσματος ἁγνοῦ
Μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις,
Πελάνῳ μυχόθεν βασιλείῳ.
Τούτων λέξασ᾽ ὅ, τι καὶ δυνατὸν
Καὶ θέμις αἰνεῖν,
Παίων τε γενοῦ τῆςδε μερίμνης,
Ἣ νῦν τοτὲ μὲν κακόφρων τελέθει,
Τοτὲ δ᾽ ἐκ θυσιῶν ἀγανὰ φαίνουσ᾽

Orell. p. 194. et Blomf. Dei enim *ἀστύνομοι* aut superi sunt aut inferi, aut coelestes aut forenses. Neque omnino abhorrent tragici ab ea verbositate, quae in his conspicua est. Sic Sept. Th. 253. *τοῖς πολισσούχοις θεοῖς, πεδιονόμοις τε κἀγορᾶς ἐπισκόποις.* Suppl. 977. *θῆρες καί βροτοὶ, καὶ κνώδαλα πτεροῦντα καὶ πεδοστιβῆ.* Soph. Antig. 844. *οὔτε βροτοῖσιν οὔτ᾽ ἐν νεκροῖσιν μέτοικος, οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσιν.* Oed. Col. 750. Eur. Hippolyt. 1272.

91. *δώροις* Guelph. Flor. Ald. Rob.

94. *χρίματος* Med. Rob. *χρήματος* Ald.

95. Blomfield. se intelligere negat, quid sint unguenti *ἄδολοι παρηγόριαι*, ideoque hunc versum aut post v. 93. vel post v. 98. ponendum suspicatur. Sed satis bene hoc explicat Schütz.: *olei casti mollibus sincerisque fomentis*, et Humboldt.: *von des heiligen Oels süss schmeichelndem Duft.*

96. *μηχόθεν* Rob.

97. *λέξ᾽ ὅτι καὶ* Ald. *λέξ᾽ ὅτι καὶ σοι* Turn. *λέξον θ᾽ ὅ τι σοὶ* Blomf. propter sequens *τε;* id tamen saepius post participium ab Aeschylo infertur, ut Choeph. 851. *πῦρ καὶ φῶς ἐπ᾽ ἐλευθερίᾳ δαίων, ἀρχάς τε πολισσονόμους ἕξει.* ibid. 550. *ὡς ἂν δόλῳ κτείναντες ἄνδρα τίμιον δόλῳ τε καὶ ληφθῶσιν ἐν ταυτῷ βρόχῳ θανόντες*, nam quod Blomf. ibi constructionem hujusmodi esse *ὡς ληφθῶσιν δόλῳ τε καὶ ταυτῷ βρόχῳ*, id falsum esse et ordo verborum arguit, et sequens *θανόντες*, quod ille dolose omisit. Conf. Herm. ad Aristoph. Nub. 180. et ad Viger. 772.

98. *εἰπεῖν* pro *αἰνεῖν* Farn. Vict.

100. *νῦν ἔσθ᾽ ὅτε μὲν κακόφρων* Guelph. *νῦν εὖθ᾽ ὅτε κακόφρων* Ald. (in Turn. vulgata est, falso ex ea *ἔσθ᾽ ὅτε τοτὲ μὲν* laudat Buttler.) hinc jam in Comment. Aesch. p. 25. suspicatus eram, aliam latere lectionem *ἢ νῦν ἔσθ᾽ ὅτε κακόφρων τελέθει*, quam tamen vulgatae praeferre non ausim, nisi aliae accesserint auctoritates.

101. *ἀγανὰ φαίνεις* Med. Guelph. Turn. *ἄγαν ἀφαίνεις* Ald. *ἀγανὰ φανεῖσ᾽* Rob. *ἀγανὰ φαίνουσ᾽* Farn. Vict. Stanl. Glasg.

Ἐλπὶς ἀμύνει φροντίδ' ἄπληστον,
Τὴν θυμοβόρον φρένα λύπην.

Schütz., quod ita explicarunt, ut ἀγανὰ cum ἐλπὶς construerent, φαίνουσα autem intransitive dictum putarent, hoc sensu: *fausta spes ex sacris elucescens.* Quod quum fieri non posse recte putarent Both. et Blomf., ille ἀγάν' ἀμφαίνουσ' reposuit, hic ex Buttleri emendatione ἀγανὰ σαίνουσ' dedit. Sed vulgatam tuetur etiam Wunderlich. obss. critt. p. 100., qui tamen verbi φαίνειν usum ita explicat, ut supplendum sit φαίνουσα ἀγανὰ οὖσα, in quo verum vidit Wunderlichius, quamquam refragante Seidlero ad Eur. Electr. 1231., sed probavit illius sententiam Herm. ad Soph. Antig. 467. Nam quemadmodum pro φαίνω ἐμὲ ποιοῦντα dicendum est φαίνω ποιῶν (ut οἶσθα δοὺς Soph. Oed. R. 1135.) ita non φαίνω ἐμὲ ἀγαθὸν ὄντα dicitur, sed φαίνω ἀγαθὸς ὤν, et omisso participio verbi εἰμί (ut εὔσημον γάρ οὔ με λανθάνει Aeschyl. Suppl. 695.) φαίνω ἀγαθός; hinc sensu intransitivo positum videtur, quamquam non est. Sic adjecto participio φαίνω et similia dicuntur Soph. Antig. 20. δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος. ibid. 242. δηλοῖς δ' ὥς τι σημανῶν νέον. Electr. 1350. πῶς οὔτω πάλαι ξυνών μ' ἔληθες, οὐδ' ἔφαινες; Aj. 466. δηλώσω πατρὶ, μή τοι φύσιν γ' ἄσπλαγχνος ἐκ κείνου γεγώς. ibid. 865. ἁνὴρ οὐδαμοῦ δηλοῖ φανείς. Omisso autem participio verbi εἰμί, ut nostro loco Eur. Electr. 1230. ἀλλ' οἵδε δόμων ὑπὲρ ἀκροτάτων φαίνουσί τινες δαίμονες. Soph. Antig. 467. δηλοῖ τὸ γέννημ' ὠμὸν ἐξ ὠμοῦ πατρός. In hunc numerum Wunderl. non referre debebat nostri Prometh. 111. διδάσκαλος τέχνης πάσης βροτοῖς πέφηνε, et Eur. Bacch. 184. Διόνυσον, ὃς πέφηνεν ἀνθρώποις θεός, nam πέφηνα, ut solent ejusmodi perfecta, revera intransitivam vim habet, ut Sophocl. Oed. Col. 319. 1219. ed. Reis. El. 636. ed. Herm. Eur. Iph. Aul. 973. Troad. 615. Jon. 978.

102. ἄπλειστον Med. (teste Blomf.) Guelph. Ald. Rob., unde Blomfield. suspicatur poetam scripsisse φροντίδα πλείστην.

103. τὴν θυμόφθορον λύπης φρένα Med. Phil. Guelph. Ald. Rob, τὴν θυμοβόρον λυποφρένα Farn. τὴν θυμοβόρον φρένα λύπης Turn. τὴν θυμοβόρον λύπης φρένα Vict. Cant. Stanl. τὴν θυμοβόρον φρενὶ λύπην ex emendatione Pauwii Glasg. probante Buttlero. τῆς θυμοβόρου φρενὶ λύπης Herm. ad. Aristoph. Nub. 180. τὴν θυμοβόρον φρένα λύπην ex Heathii emendatione Schütz. et Blomf. τὴν θυμόβορον λιπόχροιον Both. τῆς θυμοβόρου φρένα λύπης Herm. ad versionem Humboldt. τῆς θυμοβόρου φρενολύπης vir doctus in Annal. Heidelberg. pag. 1219. Mihi quidem, variis librorum lectionibus inter se comparatis, certissimum videtur, latere vocabulum aliquod novo modo compositum, quod corruptas illas lectiones pepererit. Vero simillimum igitur videtur, legendum esse τὴν θυμοβόρον φρενολύπην, interim recepi eam lectionem, quae a libris minus quam reliquae discedit, et sensum satis commodum praebet.

Κύριός εἰμι θροεῖν ὅδιον κράτος αἴσιον ἀνδρῶν
στρ.
Ἐκτελέων. ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνέει
Πειθὼ μολπὰν,
Ἀλκὰν σύμφυτος αἰὼν,
Ὅπως Ἀχαιῶν
Δίθρονον κράτος, Ἑλλάδος ἥβας
Ξύμφρονα ταγὰν,
Πέμπει σὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι
Θούριος ὄρνις Τευκρίδ' ἐπ' αἶαν,

---

104. In Aristoph. Ran. 1276., ubi Aeschylus hunc versum recitat, *ὅσιον* pro *ὅδιον* legitur, quam lectionem Asclepiadi deberi, tradit Schol. ad eum locum.

105. *ἐντελέων* ex emendatione Stanleji, Casauboni et Heathii dederunt Schütz. Both. Blomf. probante Orell. p. 195., sed mutationis necessitatem non video; probum enim sensum praebet librorum omnium lectio *ἐκτελέων*, *virorum excellentium*. — *κατάπναίει* Guelph. *καταπνεύει* Fl. Farn. *καταπνέει* Rob. Turn. Vict.

107. Vulgata editoribus sensu carere visa est, quare Heath. conjecit *ἀλκὰν σύμφυτον, ἀΐων*, Schütz. dedit *ἀλκᾷ ξύμφυτος αἰέν*· Both. *ἀλκὰν ξύμφυτον αἰέν*. Blomf. *πειθῶ μολπᾶν, ἀλκὰν ξύμφυτον, αἰών*. Sed vulgatam recte explicasse videtur Voss. cur. crit. p. 15. sq.: *quamvis senex sim, adhuc tamen divinitus immissa cantum inspirat fiducia; adhuc aetas vires (ad canendum) subministrat.*

109. *ἥβαν* libri omnes et schol., item lect. vulg. in Aristoph. Ran. 1311., ad quem locum schol. *ἀκμήν* legisse videtur, sed *ἥβας* ex emendatione Stanleji et Casauboni Glasg. Schütz. Blomf. idque sensu postulante recepi, quia idem praebent Aristophanis codd. Rav. et Borg. duoque Brunckii, in quorum altero glossa *ἀκμῆς* adjecta est. Both. *ἀκμᾶς* dedit, Blomf. *ἀκμήν* veram lectionem putat, uterque male. — *Ἑλλάδος* est adjectivum, v. interpp. ad Greg. Cor. p. 108. ed. Schaef.

110. *τὰν γᾶν* Med. Ald. Rob. *τὰν γὰν* Guelph. *ταγᾶν* Turn. *ταγὰν* Farn. Flor. Vict. Stanl. Glasg. Schütz. Both. *ταγὸν* Blomf., quia *ταγὰν* primam corripere putat; sed *ταγὸν* ferri non potest ad *δίθρονον κράτος* relatum, neque intelligi potest, cur Aeschylus, qui *ταγός* prima longa usurpavit, non eodem modo *ταγή* dicere potuerit, nihil enim probant, quae affert Blomfield., Aristoph. Lys. 105. Aeschyl. Eum. 296.

111. *πέμπῃ* Rob. Vict. — *ξὺν* Vict. et recentiores omnes, sed *σὺν* Guelph. Ald. Rob. Turn. et Aristoph. l. l., quare hoc recepi. — *δορὶ δίκας πράκτορι* Guelph. Farn. Turn. Vict. *δορὶ δίκας πλάκτορι* Ald., sed *δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι* Aristoph. Ran. 1316., quod recte receperunt Glasg. Schütz. Both. Blomf. *δίκας*, quod metro adversatur, ex

Οἰωνῶν βασιλεὺς βασιλεῦσι νε-
ῶν ὁ κελαινὸς, ὅ, τ' ἐξόπιν ἀργίας
Φανέντες ἴκταρ
Μελάθρων, χερὸς ἐκ δορυπάλτου,
Παμπρέπτοις ἐν ἕδραισιν,
Βοσκόμενοι λαγίναν ἐρικύμονα φέρματι γένναν,
Βλαβέντα λοισθίων δρόμων.
Αἴλινον, αἴλινον εἰπὲ, τὸ δ' εὖ νικάτω.
Κεδνὸς δὲ στρατόμαντις ἰδὼν δύο λήμασι δισσοὺς
ἀντ.

---

glossa irrepsisse ostendit schol. explicatio *τῷ δίκην εἰςπραξομένῳ*,

113. *νέων* Ald.

114. *ἀργείας* Guelph. Ald. *ἀργίας* rell. omnes. — Schütz., cui metrum hujus versus laborare videbatur, antistrophico quoque mutato tacite dedit *ὅ τε τοὐξόπιν ἀργός*, sed nihil mutandum est, *ἀργίας* enim per synizesin bisyllabum est, cf. Commentar. Aeschyl. p. 26 sqq. De qua re male dubitans Blomf. *ἀργᾶς* scripsit, quod nihil est.

115. *οἱ φανέντες* Flor.

116. *δορεπάλτου* Turn. Vict. et recentiores, sed *δορυπάλκτου* Guelph. *δορυπάλκτον* Ald. *δορυπάλκτου* Med. Flor. Farn. Rob., quod recte praetulit Blomf. — *χερὸς ἐκ δορυπάλτου* est *parte dextra*.

117. *παμπρέποις* vulg. *παμπρέποισιν* Flor. *παμπρέπτεσιν* Farn. *παμπρέπτοις* ex emendatione Abreschii Glasg. Schütz. Both. Blomf. omnino recte, postulante metro. — *ἕδραις* Farn. *ἕδραισιν* Guelph. Ald. Rob., quod pro vulg. *ἕδραισι* recepi.

118. *βοσκομένην* Farn. — *ἐρ' ικύματα* Ald. *ἐρικύματα* Med. Phil. Guelph. Rob. Turn. *ἐρικύμονα* Farn. Vict. ex emendatione, ut videtur, Triclinii et Stephani, sed vera et a schol. confirmata, quare recentiores recte receperunt; falsa enim terminatio vocis *ἐρικύματα* ex sequente *φέρματα* natum videtur. — *φέρβοντο* Farn. Vict. ex emendatione, ut videtur, pro *φέρβατι*, quod teste Buttlero ex confusione litterarum *β* et *μ* in Med. legitur; sed secundum Blomf. Med. et Phil. exhibent *φέρματα*, veram autem lectionem *φέρματι* habent Guelph. Ald. Rob. Turn.

119. *βλαβέντα* ex constructione *πρὸς τὸ σημαινόμενον*, quod jam vidit Schol., refertur ad *λαγίναν γένναν*, quasi praecessisset *λαγωὸν*, cf. Seidl. ad Eur. Iph. T. 1072.

120. *αἴλινον* semel Flor. — *τὸδ' εὐνικάτω* Ald.

121. *δύω* Ald. Rob. — *λήμμασι* Flor. — *πιστοὺς* emendat Lobeck. ad Soph. Aj. 151., probante Schütz., sed ita loci sensus pervertitur, *δισσοὺς* enim est *dissentientes*; cf. Herm. ad Soph. Electr. 635., quare non melius fecit Blomf., qui Canteri emendationem *δισσοῖς* in textum recepit.

122. *Ἀτρείδας* auctore Monkio Blomf. recte pro vulgat.

Ἀτρεΐδας μαχίμους, ἐδάη λαγοδαίτας
Πομπούς τ' ἀρχάς·
Οὕτω δ' εἶπε τεράζων·
Χρόνῳ μὲν ἀγρεῖ
Πριάμου πόλιν ἅδε κέλευθος,
Πάντα δὲ πύργων
Κτήνη πρόσθε τὰ δημιοπληθῆ
Μοῖρ' ἀλαπάξει πρὸς τὸ βίαιον.
Οἷον μήτις ἄγα θεόθεν κνεφά-
σῃ προτυπὲν στόμιον μέγα Τροίας

Ἀτρείδας, ad amussim enim hic versus strophico respondet; sic *Τηρεΐας* Suppl. 58. cf. Elmsl. ad Eur. Med. 806. — Blomfield. male comma ante *μαχίμους* posuit. — *λογοδαίτας* Med. Phil. Ald. Rob. Turn. *λαγαδαίτας* Farn. Vict.

123. *ἀρχὰς* Med. Guelph. Ald. Rob. Turn. *ἀρχοὺς* Farn. Vict., quod male recepit Glasg. *ἀρχὰς* de Atridis dictum est, ut v. 110. *ταγὸν* et Eur. Phoen. 987. *λέξει γὰρ ἀρχαῖς καὶ στρατηλάταις τάδε.* Sensus autem est: *quum Atridas dissentientes videret, agnovit leporis epalatores et expeditionis duces, i. e. intellexit, hos illis significari.* Quod quum non intelligeret Schütz., male emendavit: *πομποῖς δ' ἀρχοῖς οὕτως εἶπε.*

124. *οὕτω δ' οὖν εἶπε* Flor. Schützii prava emendatio ad versum praecedentem allata est.

125. *αἱρεῖ* emend. Elmsl. ad Eur. Med. 888., quem sequitur Blomf., sed quamquam exempla ab eo allata *αἱρεῖ* etiam dici potuisse ostendunt, non tamen *ἀγρεῖ*, in quo libri omnes consentiunt, non potuisse dici convincunt. De praesente pro futuro posito vid. quae ad Choeph. 543. monebuntur.

128. *πρόσθετα* Pauw. Heath. male. — *δημιοπλησθῆ* Ald.

129. *μοῖρα λαπάξει* Farn., idque ex emendatione proposuit Elmsl. ad Eur. Med. 888. et recepit Blomf., sed quamquam *λαπάζειν* noster usurpavit Sept. Th. 47. et 513., hoc tamen loco homericam formam consulto praetulisse videtur.

130. *οἷον* Ald. Rob. Vict. *οἶον* Farn. Turn. Schol., quod quamquam alibi hac significatione (*μόνον*, *tantum*) non legitur, recte tamen receperunt Glasg. et Schütz., sensus enim postulat. — *ἄτα*, quod in libris omnibus legitur (*ἅτα* Ald.) repugnante metro retinuerunt Glasg. et Schütz. *ἄσα* emendavit Burnejus probante Elmslejo ad Eur. Med. 240., sed sensui multo aptius et librorum lectioni similius est *ἄγα*, quod Hermannus proposuit ad calcem versionis Humboldt. et in Elem. metr. p. 704., idque cum Blomf. recepi.

131. *κνεφάσειε* Farn. — *προτυπὲς* Guelph. Ald. Turn. *προτυφθὲν* Farn. *προτυπεῖσα* dedit Schütz., quod ad *ἄτα* referatur et significet calamitatem erumpentem. Sed *προτυπὲν στόμιον μέγα Τροίας* est: Graecorum

Στρατωθέν. Οἴκῳ
Γὰρ ἐπίφθονος Ἄρτεμις ἁγνὰ,
Πτανοῖσιν κυσὶ πατρὸς,
Αὐτότοκον πρὸ λόχου μογερὰν πτάκα θυομένοισιν·
Στυγεῖ δὲ δεῖπνον αἰετῶν.
Αἴλινον, αἴλινον εἰπὲ, τὸ δ' εὖ νικάτω.
Τόσσον περ εὔφρων ἁ καλὰ ἐπῳδ.

---

itus ejusque duces (servi-
frenum Trojae impposituri),
m *antea violati sunt*, i. e.
m ante discessum Deorum
am sibi contraxerunt, pec-
ab Agamemnone in Dia-
ommisso, quod tamen nus-
disertis verbis exprimitur,
ab imagine leporis ab aqui-
erati latet.
. στρατωθὲν Med. Phil.
h. Flor. Farn. Ald. Rob.
ἐνθὲν Turn. Vict. et re-
res, sed recte illam pluri-
n et optimorum librorum
nem revocavit Blomfield.,
στρατευθέν nihil prorsus
et passiva vox non esse
:, nisi verbi activi, στρα-
— οἴκτῳ ex conjectura de-
hütz., quod recepit Both.,
legere videtur Humboldt.,
ertit: *Heim den geflügel-
Hunden des Vaters bleibt
Artemis tragend.* Sed
mutatione opus videtur,
ous ita explicatur: *domui
et genti Agamemnonis in-
est Diana propter altos
canes*, i. e. propter sce-
ab Agamemnone commis-
Dativum causae signifi-
e saepe inservire demon-
nt Markl. ad Eur. Suppl.
Brunck. ad Soph. Antig.
Heind. ad Plat. Gorg. p.
— ἔπι, φθόνος Ald.
. πτανοῖς Flor. Farn. πτα-
Ald. Rob. Turn. Vict.
Schütz. invito metro, πτανοῖσιν
Med. — κυσὶν Med. Rob.

135. πτάων καθυομένοισιν Ald. πτῶκα θυομένοισιν Farn. Turn. Vict. πτᾶκα θυομένοισιν Rob., unde recte πτάκα Glasg. et rell.

136. ἀετῶν Glasg. Blomf. sine libris.

137. αἴλινον semel Flor. — τὸδ' εὐνικάτω Ald.

138. τόσσων Guelph. Ald. Rob. τόσσον Med. Turn. Vict. τόσον Flor. Farn. et sic Schütz. Blomf., δὸς, ὅνπερ emendavit *Feder. comment. in Agam. carmen epodicum primum* p. 23., sed librorum lectionem τόσσον revocare non dubitavi, quum τόσσον legatur Soph. Aj. 184., ὅσσον Eur. Suppl. 59. ὅσσα Eur. Troad. 785. Soph. Philoct. 508. neque μέσσος et ἐσσομαι tragicis denegaverim, cf. Erfurdt. ad Soph. Antig. 1208. ed. min. Meinek. quaest. Menandr. p. 31. Sensus autem est: *Diana, quamquam tantopere* (ut versibus praecedentibus dictum erat) *ferarum foetibus favet, tamen faustum exitum nos exspectare jubet.* — ἄφρων καλὰ Ald. ἄφρων καλαδρόσοισιν Turn. εὔφρων καλὰ Med. Guelph. Rob. εὔφρων ἁ καλὰ Farn. Vict., ex emendatione, ut videtur, quam receperunt recentiores omnes, recte, ni fallor, favet enim et sensus et metrum,. Blomf. tamen ψακάλοις reponendum su-

Δρόσοισι λεπτοῖς μαλερῶν λεόντων,
Πάντων τ' ἀγρονόμων φιλομάστοις
Θηρῶν ὀβρικάλοισι, τερπνὰ
Τούτων αἰτεῖ ξύμβολα κρᾶναι,
Δεξιὰ μέν, κατάμομφα δὲ φάσματα στρουθῶν

---

spicatur, vix recte. ἁ καλὰ notum est Dianae epitheton, vid. Feder. p. 9.

139. δρόσοισιν Med. Philelph. Guelph. Ald. Rob. Turn. Vict. δρόσοις Farn. et sic male, plurimorum librorum lectione posthabita, Schütz. et Blomf. metri, ut videtur, causa, de quo propter corruptam vocem sequentem judicare non poterant: ν autem ἐφελκυστικόν, quod propter vocem sequentem, quae vulgo male a vocali incipit, additum est, omisi. — ἀέλπτοις Med. Phil. Guelph. Ald. Rob. Turn. ἀέπτοις Flor. ἀέπτοισι Farn. Vict. et sic legit Schol. idque receperunt recentiores omnes, sed in eo explicando multum frustra sudarunt; nam quas Schól. dat explicationes: τοῖς ἕπεσθαι τοῖς γυνεῦσι μὴ δυναμένοις et τοῖς μὴ δυναμένοις πτῆναι, earum neutra ulla analogia nititur. Hinc ἀέφθοισι emendavit Pauw., ἀπτησὶ Heath. ἀλέπτοις ovo nondum exclusis Blomf. Sed locus eodem modo mihi sanandus videtur, quo Suppl. 90. restitui, nam ΑΕΠΤΟΙΣ nihil est nisi ΛΕΠΤΟΙΣ, altera autem lectio ἀέλπτοις ex hac correctione αεπτοις (λ) nata est. Haec emendatio, (qua succurritur etiam librorum lectioni δρόσοισιν pro δρόσοις, quae metrum pessumdaret, si ἀέπτοις verum esset) tam certa mihi videtur, ut eam receperim; in genere enim masculino vix quisquam, puto, haerebit. — ὄντων libri omnes, praeter Rob., ubi ὄλτων (sic, sine spiritu) legitur, et Flor. Farn., in quibus vocabulum omittitur. λεόντων emendavit Stanl. ex Etymol. M. p. 377. καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι τοὺς σκύμνους τῶν λεόντων δρόσους κέκληκε, procul dubio recte, et receperunt Glasg. Schütz. Both. et dubitanter Blomf.

141. ὀκρικάλοισι Guelph. Ald. ὀβρικάλοις Flor. Farn. — τερπνὰ δε τούτων dedit Blomfield., qui post ὀβρικάλοισιν punctum posuit et versum finivit, sensum pervertens. Idem δὲ inseruit Lachm. de chor. syst. p. 56.

143. αἰτῶ Schütz. probante Buttlero, sed nulla mutatione opus esse videtur: *Diana postulat, ut tanquam faustum omen interpreter avium apparitionem.* Si quid mutandum esset, praeferrem αἰνεῖ, quod legisse videtur Humboldt. — κρέναι Med. (teste Blomf.) et Ald. Rob., quod receperunt Glasg. Schütz. φάναι Vict. Schol., sed κρᾶναι Med. (teste Buttlero) Guelph. Flor. Farn. Turn., quod sensu postulante cum Blomf. recepi.

143. κατάμορφα Rob. — φάσματα τῶν στρουθῶν Flor. Farn. Vocabulum στρουθῶν omisit Blomf. jubente Porsono Adversar. p. 138. ed Lips., qui illud ex Il. B. 311. interpolatum putat, et versum in φάσματα finiens numerum corrupit. Mihi quidem hac una de causa in illo vocabulo offendendum vide-

Ἰήϊον δὲ καλέω Παιᾶνα,
Μή τινας ἀντιπνόους Δαναοῖς χρονίας ἐχενῇδας
Ἀπλοίας τεύξῃ,
Σπευδομένα θυσίαν ἑτέραν, ἄνομόν τιν', ἄδαιτον,
Νεικέων τέκτονα σύμφυτον, οὐ δεισήνορα. μίμνει
Γὰρ φοβερὰ παλίνορτος
Οἰκονόμος δολία, μνάμων μῆνις τεκνόποινος.
Τοιάδε Κάλχας ξὺν μεγάλοις ἀγαθοῖς ἀπέκλαγξε
Μόρσιμ' ἀπ' ὀρνίθων ὁδίων οἴκοις βασιλείοις·

---

tur, quod metro dactylico officit, quod neminem editorum ante Blomf. animadvertisse miror. Sed utrum in alius vocabuli locum ex glossemate irrepserit, an excusari possit exemplis illis, quae attulit Herm. El. metr. p. 47., viderint acutiores. φάσμα στρουθῶν dedit Lachm. p. 56.

144. ἴηον Ald. Turn. ἴκιον Rob. — καλῶ Blomf. auctore Burnejo, sed v. Lobeck. ad Soph. Aj. 427.

145. ἀντὶ πνόους δεινάοῖς Ald. — ἐχενηΐδας vulg., quod cum Blomf. metri causa contraxi. — ἐχενηΐδας χρονίας Farn.

146. ἀπλοΐας Ald. Rob. ἀπλοΐδας Flor. Farn.

147. σπαρδομένα Guelph. σπευδομένα Ald. Turn. — θυσίαν ἑτέραν est *sacrificium infaustum*, de qua voc. ἕτερος vi cf. Valck. Diatrib. p. 112. Feder. comment. p. 49. Loquitur autem de Iphigeniae immolatione.

148. τέκτωνα Rob. — οὐδ' εἰσήνορα Ald. — τέκτονι σύμφυλον οὐ δεισήνορι dedit Schütz. contra metrum et sensum, qui hic est: *sacrificium infaustum, quod efficiet jurgia inter cognatos* (Agamemnonem et Clytaemnestram), *virum* (Agememnonem) *non timentia*. Adjectiva enim σύμφυτον et δεισήνορα per hypallagen transposita sunt, quum deberert cum νεικέων jungi, ut supra 49. ἐκπατίοις ἄλγεσι παίδων, Choeph. 183. ἐξ ὀμμάτων δὲ δίψιοι πίπτουσί μοι σταγόνες. Eur. Herc. fur. 447. γραίας ὅσσιον πηγάς. cf. Blomf. glossar. ad h. l. — μῆτιν vel simile quid post δεισήνορα excidisse putat Lachm. p. 56., qui μίμνει ad versum sequentem trahit, et ἁ post γὰρ inserit; haec omnia sine causa.

149. γὰρ deest in Flor. Farn. — παλινόρσιος Med. (teste Blomfield.) παλίνορτος Med. (teste Buttlero) Guelph. Flor. Farn. Ald. Rob. παλινόρσος Turn. Vict. et recentiores omnes, sed revocavi eam formam, quam libri optimi et plurimi tuentur, cf. Etymol. M. p. 648. παλίνορσον suspicatur Schütz., probante Voss. cur. Aeschyl. p. 16., quod ad Agamemnonem referatur; sed non de sola Clytaemnestrae ira sermo esse videtur, sed respici simul ad priores Pelopidarum caedes, ut sensus sit: *manet semper denuo resurgens ira liberorum ultrix.*

150. μνάμην Ald. Turn.

151. ἀπέκλαιξεν Med. Guelph. Ald.

152. οἶκος Flor.

Τοῖς δ' ὁμόφωνον
Αἴλινον, αἴλινον εἰπὲ, τὸ δ' εὖ νικάτω.
Ζεὺς, ὅςτις ποτ' ἐστὶν, εἰ τόδ' αὐ- στρ. α'.
τῷ φίλον κεκλημένῳ,
Τοῦτό νιν προςεννέπω.
Οὐκ ἔχω προςεικάσαι,
Πάντ' ἐπισταθμώμενος,
Πλὴν Διὸς, εἰ τὸ μάταν ἀπὸ φροντίδος ἄχθος
Χρὴ βαλεῖν ἐτητύμως.
Οὐδ' ὅςτις πάροιθεν ἦν μέγας, ἀντ. α'.
Παμμάχῳ θράσει βρύων,
Οὐδὲν ἂν λέξαι πρὶν ὤν,

---

153. ὁμόφρονον Ald. ὁμόφρων ὢν Turn.

155. εἰτὸ δ' Rob. — τόδε idem est accusativus, qui v. 157. τοῦτο, cf. Herm. ad Vig. pag. 737. ad Eur. Hecub. p. 121. — De metro v. Herm. El. metr. p. 661. De tota hac Jovem invocandi ratione cf. Victor. var. lect. XIII. 2. Heind. ad Plat. Cratyl. 38. et quos laudat Blomfield., Eur. Melanipp. fr. 1. Bacch. 220. Danaae fr. 1. et Troad. 884.

157. τοῦτον Guelph. Ald.

158. οὐκ ἔχει τις εἰκάσαι Schütz. propter vocabula πλὴν Διός, quae non intellexit.

receperunt Brunck. Blomfield. Passov. Lachm. In Med. teste Buttlero vulgata legitur, sed secundum Blomf. habet σησάμα τοῦ, omisso priore τοῦ; inde omiserunt etiam Blomfield. et Lachm. metri causa, de quo ad versum sequentem sermo erit.

945. Hic lacunae signum posui, quia excidisse aliquid antistrophicorum metrum docet, quae suspicio eo quoque confirmatur, quod nimia videtur Alpisti genealogia; excidisse igitur nomen puto filii Megabatae. Reliqui editores alio modo metro succurrere studuerunt, et Blomf. quidem versus ita exhibuit, ut nullam videam responsionem:

Σησάμα τοῦ Μεγαβάτα
Πάρθον τε, μέγαν τ' Οἰβάρην

et antistr.:

Ἱππιάνακτας
Κιγδάταν καὶ Ἀνθίμναν,
Τόλμον τ' αἰχμῆς ἀκόρεστον.

Passovius autem et Lachmannus paullo audacius versati sunt, quorum ille vocabulo uno ejecto sic scripsit:

Τοῦ Σησάμα, τοῦ Μεγαβάτα
Πάρθον τε, μέγαν τ' Οἰβάρην-
Ἱππιάνακτας, Κιγδαγάταν καὶ
Ἀνθίμναν αἰχμῆς ἀκόρεστον.

hic autem ratione minus etiam probabili duobus vocabulis additis ita dedit:

Σησάμα τοῦ Μεγαβάτα
Πάρθον τε μέγαν τ' Οἰβάρην ἔλιπες ἔλιπες;

deinde versu sequente inseruit ἔλιπον ἔλιπον, et antistrophicos ita exhibuit:

Ἱππιάνακτας, Κιγδαγάταν,
Καὶ Ἀνθίμναν Τόλμον
Τ' αἰχμᾶς ἀκόρετον.

Quibus omnibus nostra ratio probabilior videtur. — Μυγαβάτα vulg. Μεγαβάτα Med. Regg. G. L. Colb. 1. M. 1. Ald., quod receperunt Blomfield. Passov. Lachm. Μεγαβάταν Rob.

946. Πάρθεον vulg. Πάρθιον Med. Πόρθον Reg. G. Σπάρθον Reg. K. Πάρθον Reg. A. Colb. 2. M. 1. Ald. Rob. Brunck. et recentiores. — τοιβάρην τ' Med. τ' οἰβάριν τ' Guelph. τ' οἰβάρην τ' Reg. C. τ' Οἰβάριν M. 1. τ' Οἰβάρινον Regg. K. L. τ' οἰνοβάρην τ' Barocc. Aldin. Turn.

947. In Rob. totus hic versus Xerxi tribuitur, in Vict. Cant. Brunck. Schütz. Glasg. verba ὢ δαΐων Xerxi dantur. Lachmannus addito ἔλιπον ἔλιπον hunc et sequentem versum, ut et antistrophicos Xerxi tribuit. Sed in codd. omnibus, et in Ald. Turn. haec Choro continuantur, et sic Blomf. Passov., quorum tamen ille male ex hoc et sequente versu novam stropham confecit. — Alterum ἔλιπες omisit Lips. ap. Passov. — ὢ vulgo semel; bis legitur in Regg. A. C. G. Colb. 1. 2. Ox. Guelph. Aldin. Robort. Turn., Brunck. Schütz., Passov. recte; sexies in Med. ὢ ἰὼ Blomfield. Lachm. contra metrum; versus enim antispasto et dochmio constat.

948. Πέρσας Ald. — ἀγαθοῖς

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἴυγγά μοι δῆτ', ἀγαθῶν ἑτάρων ἀντ. γ'.
Ὑπομιμνήσκεις, ἄλαστα
Στυγνὰ πρόκακα λέγων.
Βοᾷ βοᾷ
Μελέων ἔνδοθεν ἦτορ.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ μὴν ἄλλον γε ποθοῦμεν,
Μάρδων ἀνδρῶν μυριόνταρχον
Ξάνθον, ἄρειόν τ' Ἀγχάρην,
Διαΐξίν τ' ἠδ' Ἀρσάκην
Ἱππιάνακτας·
Κιγδαγάταν καὶ Λυθίμναν

ıb. 1. ἀγανοῖς Reg. G. — κα- πρὸς κακὰ Reg. A. (cum r. lect. πρόκακα) Colb. 2. Vi- ›. Mosq. Ox. Ven. 1. Ald. κὰ πρὸς κακοῖς Rob. var. lect. . Steph. De πρόκακα v. Ja- bs. Anthol. Pal. pag. 257. hwenck. ad Eumen. 825. — ειν Lachm. sine causa.

949. Varii hanc antistropham metra sua restituendi cona- ı ad stropham allati sunt. — α Ald. ἰυγὰν quod ex Schü- i emendatione receperunt ›mf. et Lachm. minime pro- ıdum est, quum ἴυγξ loco um sit. — μοι omittit Barocc. habet Rob. — ἑταίρων Colb. ἑτέρων Ald.

950. ὑπομιμήσκεις M. 1. ὑπο- μνηάκεις Ald.

951. πρὸ κακὰ Ald. — λέγειν chm. male.

953. Versum hunc corruptum e metrum docet; quomodo n sanare conati sint, ad stro- icum monitum est.

954. ἄλλο τι vulg. ἄλλο τε g. C. ἄλλο γε Med. Regg. A. Colb. 1. 2. Ven. 1. M. 1. Guelph. Ald. Rob. Turn. Brunck. Schütz. Glasg. ἄλλον γε, quod metri et sensus causa necessa- rium, ex conj. reposuit Blomf., quem sequuntur Passov. Lach- mann.

955. Μάρδον Regg. C. (cum var. lect. μαχόδον) L. Guelph. M. 1. Lips. ap. Pass. — μυριό- ναρχον Robort. μυριοντάρχαν Brunck. Schütz. μυριάδαρχον Blomf. μυριονάρχαν Schneider. ap. Passov. μυρία τ' ἀρχὸν Lach- mann., sed nulla est causa a vul- gata discedendi, praesertim quum eadem forma v. 306. occurrat. Quare non dubito cum Passo- vio synizesin secundae et tertiae syllabae admittere.

956. Ξάνθην vulg. Ξάνθον Rob., quod metro postulante recte receperunt Blomfield. et Lachm. — ἀγχάρην τοῖς ἄνα- κτας τῶν ἵππων Ven. 1. ex glossemate versus sequentis.

957. Ἀρσάκον Lips. ap. Pass. Ἀρσάμην ex conjectura Burneji Blomf. Lachm. sine causa.

959. κηδαδάταν Med. Colb. 1.

Τόλμον τ' αἰχμᾶς ἀκόρεστον.
Ἔταφον ἔταφον, οὐκ ἀμφὶ σκηναῖς
Τροχηλάτοισιν, ὄπιθεν ἑπόμενοι.

ΞΕΡΞΗΣ.

Βεβᾶσι γὰρ τοίπερ ἀγρόται στρατοῦ, στρ. δ'.

ς
M. 1. κηδαδάταν Colb. 2. τοὺς κηγδαγάτας Lips. ap. Passov. κιγδαδάταν Reg. G. Blomfield. κιγδάδαν Regg. C. K. L. Guelph. κύγδαγάταν Ald. Pass. κυγδάταν Rob. Non video causam a vulgata recedendi. — λιθίμναν Colb. 1. θυλίμναν M. 1. λυθίμαν Reg. A. Colb. 2. Brunck. Schütz.

960. τόλμον sine τ' vulgat. τόλμον τ' Reg. A. Colb. 2., quod metri causa cum Brunck. Glasg. Schütz. Blomf. Lachm. recepi. τόμον Aldin. τόλμαν Regg. G. P. τόλμαν τόλμαν suprascripto τολμηρὸν Guelph. Passovium hoc vocabulum paullo audacius ejecisse, supra monitum est. — αἰχμῆς vulg. αἰχμᾶς Med. Reg. A. Guelph. Brunck. Glasg. Schütz. Blomf. Lachm.

961. Haec vulgo Xerxi tribuuntur, quae jubente stropha cum Passovio Choro continuavi. — ἔταφεν ἔταφεν ex emend. Valckenarii ad Eurip. Hippol. 1247. Brunck. Schütz. Blomf., quod pro ἐτάφησαν positum an dialecti causa non admittendum sit, dubitari potest, neque necessarium est, quum ἔταφιον intransitivam vim habere possit, de qua re docte disseruit Pass. Ita Schol. quoque accepisse videtur, qui ἀπέθανον explicat, in reliquis vero ineptit. Si quis autem ἔταφον obstupescendi significatione accipere velit, nescio quomodo sequentia jungenda sint. — οὐκ omittit Rob.

962. τροχηλάτοισι Colb. 2. τροχηλάτοις Rob. — ὄπισθεν δ' ἑπόμενοι vulg. contra sensum et metrum. ἑπόμενος Reg. C. Turn. ὄπισθε δ' correxerunt Pauw. Heath. Brunck. Schütz., quod neque sensum nec metrum juvat. ὄπισθεν ἑπόμενοι Blomf., quod metro non satisfacit. ὄπισθε δ' ἑπόμενοι Pass. δ' ὄπισθ' ἑπόμενοι Lachm., utroque metrum restituitur, sed sensum aptum in neutro video. Ausus sum rescribere ὄπιθεν ἑπόμενοι. Particula enim δὲ, quam Schol. non agnoscere videtur, facile inseri potuit ab aliquo, qui antistrophicam responsionem recte perspexerat, sed in antistrophico falsam lectionem πρὸς κακὰ invenerat. Sensus autem hic videtur: *sepulti jacent, neque currum tuum comitantur, post eum incedentes.* Hoc enim ordine Persas processisse docet Herod. VII, 41.

963. In stropha et antistropha, quae sequitur, personarum nomina vulgo male distribuuntur; nam v. 963. 64. cum praecedentibus Xerxi continuantur; v. 965—968. Choro, 969. Xerxi, 970 et seqq. Choro tribuuntur, in quibus neque aequabilitatem esse ullam, neque apte cohaerere loquentium verba perspicuum est. Primum strophae et antistrophae versum Xerxi tribuendum esse, quum antistropham praecedentem habuerit Chorus, dubitari non potest; et sic recte fecit Passov., sed deinde reliqua omnia Choro de-

ΧΟΡΟΣ.

Βεβᾶσιν, οἵ, νώνυμοι.

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἰὴ ἰὴ, ἰὼ ἰώ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ ἰὼ δαίμονες.
Ἔθεσθ' ἄελπτον κακὸν
Διαπρέπον, οἷον δέδορκεν ἄτα.

ΞΕΡΞΗΣ.

Πεπλήγμεθ', οἷαι δι' αἰῶνος τύχαι. ἀντ. δ'.

---

dit, quae non ab unà persona dici posse sensus docet. Blomfield. et Lachm. primum versum male Choro dederunt, reliqua melius inter utrumque distribuerunt, ita incommode tamen Lachmannus, ut in antistropha, quae jungi necessario debent: πεπλήγμεθ' -εὔδηλα γὰρ, Ἰαόνων ναυβατᾶν κύρσαντες, inter Xerxem et Chorum divisa sint. Eam, quam dedi, personarum dispositionem Hermanno placere scio. — γὰρ οἵπερ vulg., sed pro γὰρ antistrophicus syllabam longam postulare videtur, quare Passov. γὰρ ex usu Homerico productum putat, allato Spitzner. de versu heroico pag. 35. Sed melius placet, quod idem proponit, ut οἵπερ in τοίπερ mutetur, quod probavit Herm. et recepit Lachm. — ἀκρόται Rob. var. lect. ap. Turn. et Schol., quam praeferri jussit Brunck. et recepit Schütz. ἀρχέται ex conject. Blomf., melius foret ἀγρέται, quod ex Hesychio reponi vult Toup. in Hesych. T. III. pag. 353. Sed nihil mutandum puto.

964. οἵ οἵ νώνυμοι vulg. οἱ-νώνυμοι Ald. ἀνώνυμοι Robort. οἵ νώνυμοι Reg. C. Colb. 1. 2. M. 1. Viteb. Turn. Passov. Blomfield. Lachm. postulante metro.

965. ἰὴ quinquies, ἰὼ octies Colb. 1. Barocc. Ald. ἰὴ quater M. 1. Guelph. ἰὼ bis Rob. Vulgatam metrum confirmat.

966. δυςδαίμονες vulg. deest in Ald. ὦ δαίμονες Regg. K. L. Colb. 2. M. 1. Ven. 2. Guelph. Rob. δαίμονες Med. Reg. G. Ven. 1. Mosq. var. lect. ap. Stephan., quam metro postulante receperunt Blomfield. Passov. Lachm.

976. ἔθετ' vulg. contra metrum. ἔλθετ' Colc. 1. Blomf., ut metra conciliet, in antistrophico κύρσατ' legi vult, male. Lachm. ἔθετ' ἄρ' dedit, sed melius Hermann. et Schneider. ap. Passov. proponunt ἔθεσθ', quod sensui quoque aptius est, ideoque a me receptum.

968. Versus hic antistrophico non respondet; quare Blomf. οἷα dedit, in antistrophico autem δῆτα, sed id audacius est factum; admodum probabilis est Hermanni sententia, διαπρέπον glossema esse pro πρόκακον, quo recepto syllaba syllabae respondet. — οἷαν Colb. 1. — ἄταν Colb. 1. Barocc. Ald. Rob. fortasse recte.

969. οἷαι δὴ δι' αἰῶνος Rob.

ΧΟΡΟΣ.

Πεπλήγμεθ', εὔδηλα γὰρ . . .

ΞΕΡΞΗΣ.

Νέαι νέαι δύαι δύαι·

ΧΟΡΟΣ.

Ἰαόνων ναυβατᾶν
Κύρσαντες οὐκ εὐτυχῶς.
Δυςπόλεμον δὲ γένος τὸ Περσᾶν.

ΞΕΡΞΗΣ.

Πῶς δ' οὔ; στρατὸν μὲν τοσοῦτον τάλας στρ. ί.
πέπληγμαι;

ΧΟΡΟΣ.

Τί δ' οὔκ; ὄλωλεν μεγάλως τὰ Περσῶν.

οἷοι δαίμονος var. lect. ap. Schol., quam receperunt Brunck. Schützius, repugnante metro. — τύχα Guelph. — οἵ, οἵ, δι' αἰῶνος τύχᾳ ex conj. Blomf., cujus nullam video necessitatem.

970. εὔδηλον sine γὰρ Rob. — Chori personam non praefixam habet Turn. — Interruptae orationis signum adjeci, quia cohaerent haec verba cum iis, quae deinde Chorus dicit.

971. νέα νέα Ald. var. lect. ap. Turn.

972. Ἰάνων Med. Reg. L. Colb. 2. Guelph., quo recepto servari forsitan vulgata in strophico possit. ἰαώνων Aldin. ἰώνων Rob. — ναυατῶν Colb. 1. M. 1. Guelph. ναβατῶν Ald. ναυβατοις Lips. ap. Passov. ναυατᾶν Colb. 2. Reg. A., unde ναυβατᾶν dederunt Brunck. Schütz. Blomf. Lachm., sed non tanta est illa auctoritas. Ἰάνωναν βάταν Reg. C.

974. δύςποτμον δῆτα Blomf. metri causa, de quo ad strophicum monitum est. — γένος τὸ Περσῶν vulg. γένος τὸ Περσᾶν Med., quod cum Blomfield. recepi. τὸ γένος τὸ Περσῶν Colb. 2. τὸ γένος τῶν Περσῶν M. 1. γένος Περσῶν Rob. τὸ γένος Περσᾶν ex conject. Brunck. Schütz. male.

975. Interrogationem post πῶς δ' οὔ, quae vulgo abest, recte ponunt Pauw. Abresch. Brunck. Schütz. Passov. Lachm. πῶς θ' οὐ; Rob. — μὲν omittit Rob., Blomf. Lachm. propter antistrophici metrum, ad quem monebitur.

976. Chori nomen non praefixum est in Ald. — τί δ' οὔν; ex conj. Schütz. τί δ'; οὐκ Glasgov. idem cum interrogatione in fine versus Blomf., minus bene. — ὄλωλε M. 1. Guelph. Ald. Rob. Turn. Glasgov. — μέγαλα vulgat. contra metrum. μέγα Aldin. τὰ μέγιστα metri causa suspicatur Blomf. μεγάλᾳ Pass. μεγάλως auctore Hermanno Lachm., quod quum in M. 1. et Guelph. legatur, re-

ΞΕΡΞΗΣ.

Ὁρᾷς τὸ λοιπὸν τόδε τᾶς ἐμᾶς στολᾶς;

ΧΟΡΟΣ.

Ὁρῶ ὁρῶ.

ΞΕΡΞΗΣ.

Τάνδε τ' ὀϊστοδέγμονα;

ΧΟΡΟΣ.

Τί τόδε λέγεις σεσωσμένον;

ΞΕΡΞΗΣ.

Θησαυρὸν βελέεσσιν.

ΧΟΡΟΣ.

Βαιά γ' ὥς ἀπὸ πολλῶν.

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἐσπανίσμεθ' ἀρωγῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰάνων λαὸς οὐ φυγαίχμας;

---

cepi. — Περσᾶν de suo Blomfield.

977. τάς δὲ τὰς ἐμᾶς Reg. K. Colb. 2. τᾶσδε τᾶς ἐμᾶς M. 1. Lips. ap. Passov.

979. Hunc cum duobus sequentibus versibus omittunt Ox. Ald. τανδὲ vulg. quam formam, a tragicis vix usurpatam, invectam esse a librariis mihi persuasum est, ut jambicum trimetrum efficerent, qualem dederunt etiam Brunck. Schütz. Passov., qualesque saepe librariorum culpa irrepsisse animadvertimus. τάνδε autem praebent Med. Regg. C. G. Turn., quod cum Glasg. et Lachmann. recepi. Porsonus autem in Adversar. p. 137. ed. Lips. τόνδε scribi jubet et post οἰστοδέγμονα (ita ille contra metrum scribit) interruptae orationis signum ponit, ut jungantur illa cum θήσαυρον, eumque secutus est Blomf. Cujus mutationis non aliam video causam, quam quod adjectivum ὀϊστοδέγμονα feminino genere positum est, sed id in scena, Xerxe pharetram digito monstrante, mirum videri nemini potuit.

980. Ante σεσωσμένον Xerxis nomen positum est in Regg. A. B. F. Rob., quos secuti sunt Brunck. Schütz. perperam. In Turn. hic versus cum sequente junctus Choro tribuitur.

981. θησαυρῶν Reg. C. — βέλεσι vulg., deest vocabulum in Rob., βέλεσσι M. 1. βέλεσσιν Med., unde βελέεσσιν correxit Herm., quod metro postulante receperunt Blomfield. Passov. Lachmann.

982. Xerxi hunc versum tribuunt Ald. Turn.

984. ἰαόνων vulg. contra metrum. ἰαώνων Ald. Rob. ἰώνων ex emend. Hermanni Blomfield. Lachm., sed ἰάνων cum

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἀγανόρειος· κατεῖδον δὲ πῆμ' ἄελπτον. ἀντ. ε.

ΧΟΡΟΣ.

Τραπέντα ναύφρακτον ἐρεῖς ὅμιλον;

ΞΕΡΞΗΣ.

Πέπλον δ' ἐπέῤῥηξ' ἐπὶ συμφορᾷ κακοῦ.

ΧΟΡΟΣ.

Παπαῖ παπαῖ.

ΞΕΡΞΗΣ.

Καὶ πλέον ἢ παπαῖ μὲν οὖν.

ΧΟΡΟΣ.

Δίδυμα γάρ ἐστι καὶ τριπλᾶ.

ΞΕΡΞΗΣ.

Λυπρά, χάρματα δ' ἐχθροῖς.

Passovio dedi, quod jam supra in *ἰαόνων* corruptum vidimus. — *φυγαίμας* Ald. — Interrogationis signum vulgo in fine versus ponitur, quod auctore Pauwio deleverunt omnes.

985. *ἀγανόριος* Aldin. Turn. Vict. Brunck. Schütz. Glasgov. *ἀγανόρεος* Rob. var. lect. ap. Steph, Canter. Stanl., et, ut videtur, plerique codd. utrumque contra metrum. *ἀγανόρειος* Med. Colb. 1. M. 1. Guelph., quod cum Passovio, quia metro satisfacit, recepi; si quis vero hanc vocabuli formam ferri posse negat, facile in *ἄγαν ἄρειος* mutari potest; refertur autem ad *Ἰάνων λαός*. Blomfield. et Lachm. ex conjectura *ἀγάνορες* dederunt, propterea que in strophico *μὲν* expulerunt. — *δὲ* deest in Rob.

986. *ναύπραυκτον* Colb. 2. *ναύκρατον* Reg. G. *ναύαρχον* Regg. L. P. *ναύφρακταν* Ald. — *ὅμιλλον* Ald.

987. *ἐπέῤῥηξέ γ'* vulg. *ἐπίῤῥηξ'* Reg. G. *ἐπέῤῥηξ'* Med. Colb. 1. 2. Reg. C. Guelph. Ald. Rob. Turn. Glasgov. Passov. *ἀπέῤῥηξ'* Brunck. Schütz. Blomfield. Lachm. ex conjectura inutili; verbo *ἐπιῤῥήγνυμι* consulto poeta usus est propter sequens *ἐπί*. — *κακῶν* var. lect. ap. Turn.

988. *παπαῖ* vulgo quater, quapropter Lachm. in strophico quoque *ὀρῶ* quater posuit, sed quum ibi libri omnes *ὀρῶ* bis habeant, hic autem *παπαῖ* bis legatur in Med. Colb. 2. Rob., hos libros cum Herm. Blomf. Passov. secutus sum. Ceterum semel legitur in Regg. F. L., ter in Reg. C. Guelph. M. 1., quinquies in Reg. G. sexies in Colb. 1.

989. *πλεῖον* vulg. *πλέον* Regg. C. L. P. Colb. 2. M. 1. Guelph. Ald. Turn., quod cum Blomf. et Lachm. metri causa recepi. — *μὲν οὖ* Viteb. Mosq. *μὲν οὖν* omittunt Colb. 1. Ven. Barocc. Ald.

991. Choro hunc versum continuant Ald. Turn. — *χαρίσμα-*

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ σθένος γ' ἐκολούσθη.

ΞΕΡΞΗΣ.

Γυμνός εἰμι προπομπῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Φίλων ἄταισι ποντίαισιν.

ΞΕΡΞΗΣ.

Δίαινε δίαινε πῆμα· πρὸς δόμους δ' ἴθι. στρ. ς'.

ΧΟΡΟΣ.

Διαίνομαι γόεδνος ὤν.

ΞΕΡΞΗΣ.

Βόα νυν ἀντίδουπά μοι.

ΧΟΡΟΣ.

Δόσιν κακὰν κακῶν κακοῖς.

τα Ven. 1. Ald. var. lect. ap. Turn., quam lectionem, exigua auctoritate nixam, praesertim in tanta corruptelae facilitate, et a metro non commendatam, non recipere debebat Passov.

922. σθένος δ' vulg. σθένος γ' Med. Regg. A. B. C. M 1. Colb. 1. Guelph. Rob. Turn., quod propter librorum auctoritatem et quia καὶ — δὲ hic sensui minus aptum videtur, cum Brunck. Glasg. Schütz. Blomf. Lachm. recepi. — ἐκολούθη Colb. 1. Guelph. Barocc. Ald.

994. φίλων τ' ex conjectura inutili Brunck. Schütz. — ποντίαισι vulg. ποντίαις M. 1. Rob. ποντίαισιν Med., quod de suo dederat Passov.

995. Anapaestum, qui est in secundo hujus trimetri pede, alii carminum melicorum licentia excusarunt, ut Herm. praef. ad Hecub. p. XLVII., alii synizesi in altero δίαινε admittenda, ut Herm. El. metr. p. 54. et 122. et Passov. Alterum minus commodum propterea videtur, quod idem δίαινε sine synizesi proxime praecedit. — τ' ἴθι Ald. Rob. τίθει Colb. 1.

996. Hunc versum, qui vulgo in antistropha v. 1004. legitur, cum strophico suo locum mutare debere sagacissime vidit Passov., idemque sensit etiam Buttler. Nam et hic Xerxi διαίνειν jubenti aptius Chorus respondet διαίνομαι, et in antistropha quum στέναζε dixerit rex, ejulare coepit Chorus, ut eidem jussui obsequens 1000. 1008. 1024. Quare versum, qui in antistropha minime aptum locum habet, huc transponere non dubitavi. — διαίνομαι bis M. 1. — γέεδνος Med. γὲ ἐδνὸς Mosq. γ' ἐδεινὸς Reg. G.

997. νῦν vulg. νυν ex Pauwii correctione recentiores omnes praeter Passovium, qui, νῦν servato, versum antispasticum facit, quod propter versus praecedentes et sequentes minus placet. — ἀντίδοουπα Rob.

998. Hanc παρήχησιν exemplis illustrant Pors. ad Eur. Hecub. 592. Lobeck. ad Soph. Aj. p. 366.

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἴυζε μέλος ὁμοῖ τιθείς.

ΧΟΡΟΣ.

Ὀτοτοτοτοῖ.

ΞΕΡΞΗΣ.

Βαρεῖά γ' ἅδε συμφορά.

ΧΟΡΟΣ.

Οἴ μάλα καὶ τόδ' ἀλγῶ.

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἔρεσσ' ἔρεσσε καὶ στέναζ' ἐμὴν χάριν. ἀντ. ς΄.

ΧΟΡΟΣ.

Αἶ αἶ αἶ αἶ, δύα δύα.

ΞΕΡΞΗΣ.

Βόα νυν ἀντίδουπά μοι.

ΧΟΡΟΣ.

Μέλειν πάρεστι δέσποτα.

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἐπορθίαζε νῦν γόοις.

---

999. ἐμοῦ pro ὁμοῦ Reg. G.

1000. ὀτοτοτοτοῖ vulg. ὀττοτοὶ Colb. 1. ὀττοτοτοῖ Colb. 2. Guelph. ὀττοττοττοττοτοι Regg. L. P. ὀττοτοῖ ὀττοτοτοῖ M. 1. ὀτοτοτοῖ M. 2. ὀτοτοτοτοῖ ὀτοττοὶ Ald. Rob. ὀττοττοὶ Turn. ὀττοττοτοῖ Reg. C. Brunck. Schütz. ὀτοτοτοῖ ὀτοτοτοῖ Blomfield. ὀτοτοτοτοὶ ὀτοτοτοτοὶ Lachm. Vulgatam retinui, sed ὀτοττοτοῖ ὀτοττοτοῖ, vel id, quod Lachm. dedit, scribendum putō, ut versus sit jambicus dimeter.

1001. γ' ἅδ' ἁ vulg. γ' ἅδε Med. Regg. A. C. K. Viteb. M. 1. Guelph. var. lect. in Reg. B. Brunck. et recentiores omnes. γὰρ ἅδε Colb. 1. Regg. C. G. L. Ven. 2.

1002. οἴ μοι μάλα vulgo, sed μοι omittitur in Med. Colb. 2. Ald. Rob., quare οἴ μάλα, antistrophici etiam versus lectione firmatum, cum Blomfield. et Lachm. scripsi. — μάλα M. 1. De hoc vocabulo in re iterata usurpato v. Reisig. ad Sophocl. Oed. Col. p. CLXXVII. — ἐγὼ Reg. C.

1003. ἔρεσθ' ἔρεσθε Colb. 1. ἔρεσσ' ἔρεσε Reg. C.

1004. De versu huc transposito ad strophicum monitum est. — αἶ sexies in M. 1. octies in Colb. 1.

1005. νῦν vulg. ut in strophico.

1006. μέλλειν Reg. G. Colb. 1. Ald.

ΧΟΡΟΣ.

Ὀτοτοτοτοῖ.

ΞΕΡΞΗΣ.

Μέλαινα δ' αὖ μεμίξεται

ΧΟΡΟΣ.

Οἶ στονόεσσα πλαγά.

ΞΕΡΞΗΣ.

Καὶ στέρν' ἄρασσε, κἀπιβόα τὸ Μύσιον. στρ. ζ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄνια ἄνια ἄνια.

ΞΕΡΞΗΣ.

Καί μοι γενείου πέρθε λευκήρη τρίχα.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄπριγδ' ἄπριγδα μάλα γόεδνα.

1008. ὀττότοὶ Colb. 1. Reg. G. ὀττοτοτοῖ Colb. 2. ὀττοτοτοτοτοῖ M. 1. ὀττοττοτοῖ Reg. C. Guelph. Editores ut in strophico.

1009. Hic versus vulgo Choro continuatur, sed Xerxis nomen recte praefigunt Ald. Rob. Turn. Blomf. Passov. Lachm. — μοὶ μίξεται Colb. 1.

1010. μοι καὶ στονόεσσα vulg. καὶ omittunt Med. Regg. A. B. Colb. 1. M. 1. Guelph. Barocc. Ald. Rob. Turn. et hae quidem editiones μοι in praecedentem versum rejiciunt. μοὶ καὶ ejiciunt Brunck. Schütz. μοι omittunt Glasg. Blomf., utrumque contra librorum auctoritatem οἴμοι pro μοι καὶ Passov., qui idem in strophico habet. μοι in οἶ mutavit, omisso καὶ cum libris optimis, Lachm., quem secutus sum. — παλαγὰ Aldin. πλαγὸς Reg. C.

1011. καὶ βόα Eustath. ad Dionys. Perieg. 791., sed ἐπιβόα Hesych. s. v. Anapaesti vitandi causa Pors. ad Eur. Hecub. p. 106. correxit ἀράσσων ἐπιβόα; vulgatam male tuentur Burnej. et Blomf. ita, ut versum antispasticum habeant; synizesin in βόα admittendam putat Passov., sed eandem licentiam obtinere arbitror, quae v. 995. cf. Herm. praef. ad Hecub. p. LXV. El. metr. p. 123. et Lobeck. ad Soph. Aj. p. 326 s.

1012. ἄνια ἄνια vulg. ἄνια ἄνια ἄνια Reg. C. Ven. 2. Ox. M. 1. Guelph. Ald. Rob. Turn., quod cum Passovio recepi. ἄνι' ἄνι', ἄνια auctore Burnejo Blomfield., ἄνι', ἄνι', ἄνι', ἄνια Lachm.

1013. ὕπερθε Med. Reg. C. Colb. 2. Ven. 2. Guelph. Turn. ὕπερθεν Colb. 1. Ald. ὕπερθος Lips. ap. Passov., υ ex praecedente voce male repetito. — λευκήνη Rob.

1014. ἄπριγδ' deest in cod. Lips. ἄπριγδα ἄπριγδα Mosq.

ΞΕΡΞΗΣ.

Αὔτει δ' ὀξύ.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ τάδ' ἔρξω.

ΞΕΡΞΗΣ.

Πέπλον δ' ἔρεικε κολπίαν ἀκμῇ χερῶν. ἀντ. ζ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄνια ἄντα ἄνια.

ΞΕΡΞΗΣ.

Καὶ ψάλλ' ἔθειραν, καὶ κατοίκτισαι στρατόν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄπριγδ' ἄπριγδα μάλα γόεδνα.

ΞΕΡΞΗΣ.

Διαίνου δ' ὄσσε.

ΧΟΡΟΣ.

Τέγγομαί τοι.

ΞΕΡΞΗΣ.

Βόα νυν ἀντίδουπά μοι. ἐπῳδός

ΧΟΡΟΣ.

Ὀτοτοτοῖ.

1016. τάδε vulg. τάδ' Regg. A. B. G. M. 1. Guelph. Brunck. et recentiores. — ἕξω Ald. unde ἕρξω Passov.

1017. πλέον pro πέπλον Colb. 2. — ἔρεικ' ἐγκολπίαν Reg. F. Guelph. ἔρειδε κολπίαν Rob. ἔῤῥεικε (ους) κολπίαν Mosq. — ἀκμᾷ Schütz. de suo.

1018. ἄνια ἄνια vulg. φεῦ ἄνια ἄνια Regg. G. H. Guelph. φεῦ φεῦ φεῦ ἄνια ἄνια M. 1. φεῦ ἄνια Reg. C. ἄνια ἄνια ἄνια Ox. Aldin. Turn. Editores ut v. 1012.

1019. κατοίκτιζε vulg. κατοίκτισαι Med. Regg. A. B. H. Ald. Brunck. et recentiores postulante metro.

1021. διαιν' ὄσσε Rob. διαίνου (suprascr. διαινε) δ' ὄσα Lips. ap. Passov. — Cetera desiderantur in M. 1.

1022. σοὶ Guelph.

1023. νῦν vulgat. νὺν Turn. — ἀντίδουπαι Ald.

1024. οἶ quater vulgat. ter. Guelph. Ald. ὀτοτοτοῖ dedit Glasg. ὀτοτοτοτοτοτοτοί Lachm., sed aut octies οἶ, aut ὀτοττοτοῖ ὀτοττοτοῖ, ut v. 1000. scribendum puto, ut versus praecedenti exaequetur. Nullus enim dubito, quin haec epodus ita sit comparata, ut ea, quae in Sept. Theb. inde a v. 978. legitur, ut singula versuum paria eodem metro decurrant. Illic

ΞΕΡΞΗΣ.

Αἰακτὸς ἐς δόμους κίε.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ, Περσὶς αἶα δύςβατος.

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἰὼ δὴ κατ' ἄστυ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ δῆτα ναὶ ναί.

ΞΕΡΞΗΣ.

Γοᾶσθ' ἁβροβάται,

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ, Περσὶς αἶα δύςβατος.

---

phis quoque epodum an- itibus eadem ratio obti- eque nostro loco in stro- roximis ejus rei vestigia . Sed de his nihil affir- ausim, in epodo autem ihi videtur certissima; enim versus ea ratione spondent, praeter v. 1029. quibus apertum est vi-

. *αἴακτος* Ald. — *δ' ἐς* ι.

. *ἰὼ ἰὼ* vulg. semel Regg. Blomf. Lachm. — *δύς-* hic et v. 1030. Regg. A. ic versu Reg. B. *δύςβα-* ibet, cum var. lect. *δύς-* et glossa *δυςθρήνητος*, v. dem *δυςβάϊκτος* cum var. *ύςβακτος*. Hinc Brunck. rit, utroque loco *δυς-* ς legendum esse, quod runt Glasg. Schütz. Blom- Lachm. Sed vulgatam le- n, in qua reliqui omnes t edd. consentiunt, quam- etur etiam Schol. expli- *οὐχ ὡς σκληρὰν καὶ δύς-* ις *ἔμβασιν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ καὶ δυστυχίᾳ βαινομένην* *τῷ Ξέρξῃ*, rectissime servavit Passovius, eique succurrit et metrica nostra ratio, ad v. 1024. exposita, nam si *ἰὼ* in *ὤ* mutatur, versus praecedenti ad amussim exaequatus est.

1027. *ἰωὰ* hoc et sequente versu Regg. A. B. C. Mosq. Brunck. Schütz. *ἰὼ ἆ* Med.

1028. *ἰὼ ἰὼ* Rob. — *ναὶ ναὶ* Xerxi tribuit cod. Lips.

1029. *ἰὼ γοᾶσθ'* Rob.

1030. *ἰὼ ἰὼ* vulg. *ἰὼ* semel Reg. C. Guelph. Lips. ap. Passov., vid. quae ad v. 1026. monita sunt. Hic versus praecedenti non respondet, neque omnino apte hic repetitus videtur, quare non possum non adsentiri Blomfieldio, qui eum uncinis inclusit, Choroque solas exclamationes tribuit. Id et propterea est probabile, quod Xerxes praecedentibus verbis Chorum lamentari jubet, quem jussum supra semper merae exclamationes sequuntur, ut v. 1000. 1004. 1007. 1012. 1028., et quod sequente versu vulgo nimis multae exclamationes leguntur, ita ut Xerxi vulgo duo versus tri-

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἠ τρισκάλμοις ἢ βάρισιν ὀλόμενοι.

ΧΟΡΟΣ.

Πέμψω τοί σε δυςθρόοισιν γόοις.

buantur, quod in hujusmodi diverbio ferri non potest. Si igitur ex sequente versu hunc supplere licet, forsitan ἰή, ἢ ἰή legendum erit.

1031. Hic versus vulgo sic legitur:

Ἠ ἢ ἢ ἢ τρισκάλμοισιν

Ἠ ἢ ἢ ἢ βάρισιν ὀλόμενοι

quod ferri non posse ad versum praecedentem monitum est. Utroque loco ἢ ἢ ἢ habet Ald., ἰὴ ἰὴ Reg. L. Rob., posteriore ἰὴ ἰὴ ἰὴ Ven. 2., quas exclamationes in versum praecedentem rejiciendas esse supra monui. Versum autem dochmiacum dimetrum esse debere maxime ex sequente versu elucet, talemque dederunt et Blomf.: ἰή, τρισκάλμοις βάρισιν ὀλόμενοι et Lachm. ἢ τρισκάλμοις ἢ βάρισιν ὀλόμενοι. Hunc secutus sum, quia haec lectio propius a vulgata abest. — ὀλλύμενοι Reg. G. ὀλύμεναι (οι) Mosq. ὀλλόμενοι Ald. ὀλλόμεναισι Rob.

1032. πέμψωσε vulg. πέμψω omisso σε Rob. πέμψω τοῖςδέ σε Regg. C. G. Lips. 2. πέμψω τοῖσε Ald. πέμψω τοί σε Med. Colb. 2. Regg. F. P. Guelph. Ven. 1. 2. Barocc., quod recte receperunt Blomf. Passov. Lachmann. — δυςθρόοις vulg., quod postulante metro in δυςθρόοισιν mutarunt iidem. — γόοις bis Reg. G.

ADDENDA.

AD PROMETHEUM.

V. 2. Reisigius in censura, quae in praefatione indicata est, p. 225. lectionem *ἄβροτον* praeferendam censet, quia rariora vocabula amet Aeschylus, quia magna sit hujus lectionis auctoritas, et quia hoc vocabulum unice aptum sit poetae consilio, ut Prometheus, hominum amicus, ab hominibus sejunctus ostendatur. Sed horum nihil est, quod aliquam probandi vim habeat. Nam rariora vocabula apud Aeschylum praeferenda esse, id quidem verum est, sed haec ratio iis tantum locis adhiberi potest, ubi codices in duobus vocabulis, *idem significantibus*, variant, quorum alterum usitatius, alterum rarius est; nostro autem loco, quum variis lectionibus *ἄβατον* et *ἄβροτον* diversa vis insit, ista raritatis ratio nihil prorsus momenti habet. Auctoritatem deinde si spectamus, vulgata lectio profecto multo majorem habet, quum in codicibus et editionibus antiquis omnibus nec non apud Synesium et Aristophanis scholiastam exstet, altera autem lectio ne in uno quidem codice compareat, nec nisi grammaticorum quorundam testimonio nitatur. Tum neque illud, quod tertio loco attulit Reisigius, ullam vim habet. Nam quos argumento adfert versus p. 21. 22., eam, quam vult, vim habere non possunt, quia non oppositum est id, quod ad illam sententiam exprimendam opponi debuisset, et quia a Vulcano, Promethei amico, proferuntur, qui his verbis eam designat conditionem, quae alii cuivis homini non minus quam Prometheo tristissima foret. Probaret aliquid *φιλανθρώπου* v. 11., si v. 6. praecessisset *πέτραις ἀπανθρώποις* vel simile quid, quod profecto posuisset poeta, si id voluisset, quod putat Reisigius. Omnium minime autem haec sententia primis

tragoediae versibus contineri potest, quum de Prometheo omnino nondum sermo fuerit, sed illi nihil nisi naturam loci describunt, ita ut et ἄβροτον, si haec vera esset lectio, illo loco nihil nisi epitheton ornans foret. Sed, quod maximum est, ne unus quidem exstat locus, quo ἄβροτος idem significet quod ἀπάνθρωπος, (cf. Buttmann. Lexilog. I. p. 134. sq.), ita ut ἄβροτος non rarum vocabulum vocandum sit, sed nusquam obvium. Hujus significationis exempla afferre debebat Reisigius, priusquam de lectione praeferenda judicaret.

V. 28. Ad ἀπηύρω, cujus loco ἐπηύρου conjecit Elmslejus, conferri possunt, quae monuit Buttmann. Lexilog. I. p. 84.

V. 42. Vulgatum τι tuetur Reisig. cens. p. 226., eique hunc sensum tribuit, ut sit: *aliquatenus* vel *aliqua in re*; sed quanquam undecim, quae numeravit, testimoniis accedit etiam Reg. E., non tamen admittendum est; quantopere enim, hoc addito, minuatur et frangatur opprobrii acerbitas, quod a poetae consilio prorsus alienum est, nemo non videt. Quo consilio autem exemplis probet, δή τι conjungi, quod et per se certum est, neque cum hoc loco quidquam commune habet, non intelligo.

V. 49. Vituperat me Reisig. cens. p. 227., quod Abreschii explicationem ad vulgatam tuendam sufficere dixi, idque recte facit, jam enim et ipse intelligo, me in illa acquiescere non debuisse, quum haud aptum praebeat sensum. Nec tamen omnia dixi futilia esse, quae unquam ad locum emendandum inveniri possint, sed quae adhuc prolata sint; ideoque vellem communicasset nobiscum certam loci emendationem, quam habere se profitetur, cujusque audiendae admodum cupidus sum.

V. 56. Non ferri posse censet Reisig. p. 227. imperativos θεῖνε, πασσάλευε, et quia generalior notio specialem sequatur (liceat barbare loqui) et quia nulla particula juncti sint. Sed θεῖνε et πασσάλευε ad eandem notionem referuntur, imperat enim, ut Promethei brachia malleo adigat eaque saxo adfigat; et quid sit quod θεῖνε, πασσάλευε dici possi neget, quum mox ἄρασσε, σφίγγε, χάλα recte dici putet, non video. Si enim tres tantum imperativos ita sine copula poni posse putat, sunt hic quoque tres, quum λαβών imperativi vicibus fungatur. Omnium autem infelicissima est ratio, qua priorem imperativum removere cona-

ur, θεῖναι recipi jubens ex Reg. E. et uno Faehsii codice (ignoıt enim, hunc unum eundemque librum esse). Primum enim ıse suo se gladio jugulat; quum enim p. 223. monuisset, Aldiam multis scatere vitiis (quod minime ignoraveram), omnes illas ldinae lectiones nihili faciendas judicat, quae propter similes ocales commutatas etc. aliquam erroris speciem habeant. In illo ıtem codice Reg. E., quam saepissime αι et ε inter se confunıntur (quemadmodum, ut in Prometheo consistam, v. 85. δαιόναις pro δαίμονες, v. 94. διακνεόμενος pro διακναιόμενος, v. 490. παιδρίαι pro συνεδρίαι, v. 539. διακνεόμενον pro διακναιόμενον, . 573. πλανᾶται pro πλανᾷ τε, v. 796. νέουσι pro ναίουσι), ita : illius lectionis plane nulla sit auctoritas. Sed-ipsum illud θεῖναι, etiamsi in plurimis libris exstaret, quis est qui ferendum ıtet? et quid deinde vocabulis ἀμφὶ χερσὶν fiet?

V. 90. ἀγέλασμα conjecit Tyrwhitt., recte improbante Elmsjo, qui ejus emendationes edidit.

V. 98. φεῦ φεῦ praefert Reisig. p. 228., quia αἶ αἶ mollior t lamentatio, quam quae Prometheo sit digna eademque de ıusa v. 136., ubi libri omnes in αἶ consentiunt, φεῦ φεῦ reponi ıbet; de quo dubito.

V. 141. Reisigius p. 228., revocatum a me ἐμ' improbans, a potius versum constituendum fuisse monet: πατρὸς Ὠκεανοῦ| ερχθῆτ' ἐσίδεσθέ μ' οἵῳ δεσμῷ, versum igitur caesura carentem ıferri jubet, quem tamen ipse alia de causa improbat, quia niırum repugnat regulae, quam ipse comminiscitur, in anapaestis ɔn posse vocalem longam in medio vocabulo corripi, nisi si eo ɔcabulo pes integer aut integra anacrusis contineatur, cujus reılae gratia multi sane loci emendandi erunt. Censet igitur ronomen a glossatore quodam insertum esse, quod non magis ɔc loco mihi factum videtur, quam v. 1095. ἐσορᾷς μ' ὡς ἔκδικα ίσχω et v. 92. ἴδεσθέ μ' οἷα πρὸς θεῶν πάσχω θεός.

V. 148. Improbat Reisig. p. 229. ταῖς pro ταῖσδ' a me recetum, et profecto nunc mihi quoque ipsi, quamquam idem ταῖς iam in Regg. C. D. E. legitur, ταῖσδ' magis placet, praesertim ım Δ propter sequens Δ facillime excidere potuerit.

V. 154. Reisig. p. 229. etiamnum tuetur emendationem a se lim propositam δεσμοῖς ἀλύτως ἀγρίοις πελάσας, sed neque nunc ideo, qua ratione haec praestet vulgatae lectioni, praesertim cum

ἀλύτοις in libris omnibus, ἀγρίοις in tribus tantum legatur. Praeterea δεσμοῖς ἀγρίοις recte dici posse non opus erat exemplo ex v. 175. petito comprobari, sed ut ἀλύτως πελάσας dici posse putem non adducor exemplo a Reisigio allato v. 60. ἄραρεν — ὠλένη δυσεκλύτως, nam quamquam hoc loco adverbium recte est cum verbo intransitivo ἄραρεν junctum, non sequitur, idem cum πελάσας jungi posse. Postremo displicet locus, quo adverbium positum est.

V. 156. Elmslejus in *Edinburgh Review* 1810. Nr. XXXIII. p. 229., quia μήτε τις ἄλλος ad neminem nisi ad homines referri possit, hominibus autem, quorum maximus benefactor esset Prometheus, nulla causa fuerit, quare ex ejus malis gaudium perciperent, μηδεὶς ἄλλος legi vult. Reisigius p. 220. et 229., ulterius etiam progressus, verba μήτε τις ἄλλος prorsus ejicit vult, fultus auctoritate Scholiastae, qui monet καλῶς οὐκ ἐπήνεγκε μήτε τις ἄνθρωπος; hinc enim conjicit, glossatorem aliquem adscripsisse μήτε τις ἄνθρωπος, quod deinde in μήτε τις ἄλλος mutatum sit. Sed ipsa illa Scholiastae verba clarissime demonstrant, eum vocabula μήτε τις ἄλλος legisse, laudat enim poetam, quod non disertis verbis dixerit μήτε τις ἄνθρωπος, quippe quod minus aptum fuisset (in hoc enim caderet id quod monuit Elmslejus), sed magis indefinite μήτε τις ἄλλος. Et hac ratione defendenda etiam est librorum lectio, tam solennis enim haec est oppositio μήτε θεὸς μήτε τις ἄλλος, ut verba non nimis premenda sint, nec quaerendum sit, quis sit ille ἄλλος. Praeterea θεὸς ita nude positum, si nihil sequeretur, quod ei opponeretur, vix ferri posset; sic enim poeta profecto θεός τις vel θεῶν τις dixisset.

V. 163. Pauwii emendationem τιθέμενος, quae metrum restituit, propterea probandam esse monent Elmsl. in Edinb. Rev. p. 229. et Reisig. p. 229., quia participium praesentis vel propter antecedens ἀεὶ praeferendum sit, quod recte monere videntur.

V. 192. τόθ' ἥξει emendat Pors. Advers. p. 132. ed. Lips. sine causa.

V. 210. Ante hunc versum Reisigius p. 232. excidisse putat versum unum, quo narretur Themis vaticinandi facultatem a Gaea accepisse, quod non omnino improbabile est.

V. 213. Plurimorum librorum lectionem ὑπερέχοντας, quam tuentur etiam Regg. D. E. F. N., ferri non posse contendit Reisigius et propter ictum, qui in postremam vocabuli ὑπερ syllabam

cadat, quod in tribracho apud Aeschylum et Sophoclem nunquam fiat, et quia apud neutrum eorum jonicus a minore, uno vocabulo comprehensus, pedem sextum antecedere soleat, qualis h. l. ὑπερέχοντας. Quae observationes quatenus verae sint, inquirere nunc propter temporis angustias non licet, sed non ex omni parte veras esse mihi persuasum est. Facilius tamen ferrem, si quid melius in locum ejus, quod damnat, substitueret Reisigius; sed maxime mirum est, quod comminiscitur, πελωρίους legendum esse, cujus rei nullum aliud habet argumentum, quam quod Schol. ὑπερέχοντας explicat τοὺς μεγάλους, eoque vocabulo Lexicographi πελώριος explicare solent. Qui si πελώριος solerent per ὑπερέχων explicare, id aliquam certe ad locum nostrum emendandum vim habere posset, sed ita quid probetur non video. Praeterea quomodo Titanes ita nude possint οἱ πελώριοι vocari, aut qualis hic sit sensus: *qui magni sunt, eos non vi sed dolo victoriam quaerere oportet*, non intelligo. Monet enim Reisigius, accusativum illum non objectum, quod vulgo putatur, sed subjectum esse, id quod recte monere videtur, sic enim sensus evadit aptissimus, sed hoc sensu neque τοὺς πελωρίους neque τοὺς ὑπερέχοντας ferri potest, sed participium futuri desideratur, hic enim sensus esse debet: *qui superiores esse volunt, illi non vi, sed dolo victoriam debent reportare.* Tale quid voluisse videntur, qui ὑπερέξοντας dederunt, quod in Turn. et Vict. legitur, idque profecto optimum foret, si metrum pateretur. Fingamus id ex glossemate natum, versumque olim ita lectum esse: χρείη, δόλῳ δὲ τοὺς κρατήσοντας κρατεῖν, et sensus optimus erit. Omnino sine codicibus vix restituere hunc versum licebit.

V. 215. τοπάν scribi jubet Reisig. ad Soph. Oed. Col. p. CC.

V. 217. Meam loci explicationem, ex qua προςλαβόντι ad praecedentia trahendum judicaveram, improbat Reisig. cens. p. 234., quia de matre in consilium vocata sermo jam supra fuerit, et id potius dicendum sit, Jovem quoque ipsum Themidis consilio adjutum esse. Sed de matre a Prometheo in consilium vocata supra ne verbum quidem; nihil nisi vaticinium Themidis legitur, et ne id quidem ad Prometheum refertur, sed ad futurum certaminis eventum et (secundum Reisigii ipsius explicationem) ad eam rationem, qua victoriam sibi Titanes comparare possint, ita ut consilium Titanibus potius datum quam Prometheo vocari possit. Deinde vero Prometheus, quid sibi ipsi in hoc certamine faciendum sit reputans, de hac re matrem consuluisse aptissime dicitur;

quae quid ei suaserit, ex iis, quae sequuntur, intelligitur, ut nimirum sponte Jovi succurrat. Contra si προςλαβόντι cum sequentibus jungimus, frustra exspectamus narraturum esse poetam, quidnam Themis, a Prometheo socia assumta, Jovem adjuverit; narratur enim nihil nisi quod Prometheus fecit.

V. 223. ἐξημείψατο praeferendum esse judicat etiam Reisig. ad Soph. Oed. Col. p. XXXI.

